

www.e-rara.ch

**Gisberti Voeti theologiae in acad. Ultraiectina professoris selectarum
disputationum theologicarum, pars prima [-quarta]**

Voet, Gijsbert

Ultrajecti, 1648-1667

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rm 303 & Rm 303: a-ac

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-22314>

De homicidio et laesione sui ipsius nec non spontanea flagellatione, &c.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

244 DISQUIS. de AUTORE VINDIC. contra TYRANN.

Joh. Amos Comenius in Historiâ ordini ecclesiastico Bohemorum anno 1660. præmisâ pag. 54. Hubertus Languetus, (cujus ante facta mentio) fuit electorum Saxonie in aulâ Caesaris Viennæ legatus, magnæ autoritatis vir. Aliquot ejus ad Andream Stephanum (fratrum Bohemicorum antistitem), inque illarum unâ hæc verba, &c.

Histoire de la vie de Messire Philippes Mornay Seigneur du Plessis, &c. à Leyden chez Bonav. & Abrah. Elzevier 1647. pag. 56. 57. *A son arrivée à Anvers M. du Plessis trouve femme & enfans malades ; Un fils mesme que Dieu luy avoit donné , en son absence aussi tost retiré a luy ; Mais outre cela M. Languet son singulier ami decede, lequel Madame du Plessis, bien que malade elle me me, avoit assisté jusques aux derniers soupirs. Ses derniers propos furent ; Qu'il n'avoit peu revoir M. du Plessis premier que mourir, auquel il eust laissé son cœur s'il eust peu. Qu'il avoit désiré de vivre pour voir le siecle amender ; mais puis qu'il alloit tousiours s'empirant, il n'y avoit plus que faire. Que les Princes de ce temps estoient d'estrange gens ; Que la vertu y avoit beaucoup à souffrir , & peu à gagner ; Qu'il plaignoit bien M. du Plessis , qui auroit a en sentir sa bonne part & de mauvais temps a passer ; Mais qu'il prist courage, que Dieu l'assisteroit. Au reste l'adjura de requirir de luy, en luy disant a Dieu de sa part, une chose ; Qu'au premier livre qu'il mettoit en lumiere il feist mention de leur amitié. Cela feist M. du Plessis non long temps apres par une petite preface a l'entrée de la version latine de son livre de la verité de la religion Chrestienne.*

Qui ingenium, intentionem, studia, & conatus Langueti penitus perspectos velit, is legat epistolas ad Sidnejum editas Francofurti anno 1633. Et epistolas ad Camerarios editas anno 1646. His adde lectionem epistolæ Langueti, anno 1563. quæ inserta est lib. 2. epistolarum Zanchii pag. 198.

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS NEC NON SPONTANEA FLAGELLATIONE, &c.

Resp. JACOBO WILLICHIO Clivo-Wesalio 5. Maji 1638.

Homicidium sexto præcepto vetitum duplex est , 1. alterius , 2. sui ipsius , 3. cujus cognatum est immanitas erga bestias. Nos hoc tempore de homicidio sui ipsius tantum acturi. 1. Præcognita quædam præmittemus. II. controversias explicabimus.

Homi-



Homicidium hoc vulgo dicitur *ἀντοφονία* & *αὐτοφονία*, §. 1. & tales homicidæ *ἀντοχέτες*, *ἀντοφόντοι*, *ἀντοφονεῖς*, *ἀντοφόνες*, Virg. *Æn.* 6. eleganti periphrasi eos describit:

*Qui sibi letum,
Infantes pepere manu, lucemque perosti
Projecere animas.*

Stoici illud genus *αὐτοφονίας*, quod ipsorum opinione justè ac honestè fiebat, vocabant *εὐλόγως ἐξαγωγὴν*, quod opportunè & justâ ratione educeret & liberaret quis animam; cum scilicet *causam exeundi nactus est, aut potius cum Deus justam causam dederit*, ut loquitur Cicero lib. 1. *Tusculan.* & Catoni ac Socrati ibidem applicat. Hinc Varro librum inscripsit *περὶ ἐξαγωγῆς* & Laërtius in Zenone *εὐλόγως πῶς αἱ ἐξέρχονται ἑαυτὸν ὁ βίαι τὸν σῶσον*, &c. Chrysippus apud Stobæum in *Eclogis*, καὶ θεὸς ἐξαγωγὴν hanc fieri asserit. Cum Epicteto apud Arrianum *dissert.* 1. cap. 9. & 24. januam apertam dicere posses: *ὃ ἦν ἐξ*, inquit, *ἤτοι ἐκ*.

Causas αὐτοφονίας impellentes recensere operæ pretium erit. *Externa sunt* §. 2. minæ, pericula, encomia aut extenuationes hujus sceleris, aliorum exempla, atque adeo carnifex ille mos aut consuetudo, impunitas, Diaboli suggestiones (de quibus in loco, de *Tentationibus*), hominum improborum instigationes, inter quos excellunt Timon *μισάνθρωπος*, qui homines ad suspendium invirabat. *Cause interne* ad tres classes reduci possunt, & sunt 1. falsa persuasio seu opinio. 2. vana & stolidi ambitio. 3. Affectus metus & doloris.

I. Ad falsam persuasionem referimus 1. Pseudo philosophemata Stoicorum, aliorumque Gentilium (de quibus infra) de honesta & decore hujus mortis. 2. Præjudicia opinionum, quas prætextu religionis imbibunt homines, ut Patricianorum & Circumcellionum, de quibus mox dicendum. Quibus non absimiles Indi illi apud Plinium lib. 6. c. 19. *Quintum*, inquit, *genus celebrata illic & prope in religionem versa sapientiæ deditum, voluntariâ semper morte vitam accenso prius rogo finit.* Conferat, cui vacat, *Dalecampii notas ad Plinii lib. 4. cap. 12.* 3. Opiniones à nonnullis minime impiis prætextu pietatis ac virtutis conceptæ, ut *αὐτοφονία* Sophroniæ & Pelagiæ, aliarumque de quibus *August. lib. 1. de Civit. Dei c. 26.* Et *Eusebius lib. 6. cap. 5. & lib. 8. cap. 15. & Ambros. serm. 19.* Quibus adde fæminas Antiochenas sub Costoë, apud *Procopium Perficorum* 2. *Hieronymus in Jo. 1.* casu periclitantis castitatis, licitam facit *αὐτοφονίαν*. 4. Opinio perversa quam quis per malam consequentiam, ex doctrinâ de immortalitate animorum & vitâ meliori post hanc per viam hausit, e. gr. Cleombroti Am-

brofioræ, qui ex lectione Platonis de Immortalitate animorum feipfum in mare præcipitem dedit. Eodem libri istius male lecti errore seductus Cato. Quibus non abfimilis Empedocles, qui audiens poëtas esse immortales, ardentem frigidus Ætnam infiliit, ut de eo *Horatius in arte poëtica. Lactantius lib. 3. cap. 18.* accenset iis *Chryfippum, Zenonem, Cleanthem, Catonem.* Ubi vide eruditiff. Gallæi amici nostri comment.

II. *Vana ambitionis* superstitione subnixa fuit *αὐτοφονία* Marci Curtii. Quo refer & Empedoclis, de quo Lactant. loc. cit. *In ardentis Ætna specum intempestâ nocte se dejecit, ut cum repente non apparuisset abiisse ad Deos crederetur.* De Catone similia egregiè, quæ ibi videnda. Plura exempla ambitioforum collegit *Alciat. paterg. lib. 4. c. 4.*

III. *Dolor & metus* est 1. *absque manifesta causa*, hoc est melancolicus. Et hæc causa videtur fuisse in virginibus Milesiis (de quibus Agellius lib. 15. c. 10.) quas, ait, *repente sine ulla evidenti causa voluntatem cepisse obeundæ mortis.* Eadem fuit non paucis anachoretis & monachis, quos ex solitudine aliisque causis melancoliam sibi contrahere non mirum. Cum Nobiliff. & Magnificus Eques Berckius Fœderati Belgii ad Venetos Legatus v. Eid. Septembr. anno 1625. cum suis lustrare: cœnobium Carthusianorum, didicerunt illic Monachos non paucos istius ordinis diætâ suâ piscariâ, silentio, & solitudine (festis enim diebus, & binis hebdomadatim tantum colloquuntur ac una edunt) in melancoliam actos, quotannis sibi manus inferre: adeo ut Generalis eorum more solito de statu ordinis sui referens ad Papam dixerit: *Deo gratias, tantum quinquaginta hoc anno seipsos suspende-*
runt. Hæc ita descripsi ex diario istius legationis; cujus lectio mihi ab amico Ill. D. legati tum concionatore concessa fuit. 2. *Dolor & metus ex manifesta causa* est ex sollicitudine vel circa æternam animæ salutem, vel circa salutem corporis & status externi. Prior est, vel *desperationis*, ut Judæ Iscariotæ: vel *spiritualis desertionis & tentationis*; quo refer conatum Francisci Spiræ, quamvis impeditus fuerit; præterea conatum primum, ac deinde consummatam *αὐτοφονίαν* Arnoldi Bommelii Theologiæ studiosi in Academia Lovanienfi, cujus tristem exitum & causas retulit ex ore Joh. Diasii Claudius Senarcleus in præfat. ad Vitam ejusdem Diasii editam a. 1564. Malo enim ex judicio caritatis ad vehementem paroxysmum tentationis cum Melancolico delirio mixtum hunc tristem casum referre, quam ad formalem Desperationem. Idem judicium esto de nonnemine, qui Lugduni Batavor. ante paucos annos occasione contentionum de prædestinatione (quas Remonstrantes illic moverant) mortem sibi dicitur conscivisse in Satyra *Petri Cunæi* tunc literarum, postea jurisprudentiæ professoris in Acad. Leidenfi, cui tit. *Sardi Venales.* Vide Exercitia pietatis cap. 20. p. 553. ubi pluribus judi-

judicium nostrum de salute αὐτοφονίας quorundam, seu potius de non-damnatione omnium proponimus. Nunc lustrans *Philippi Haenen Kirchenbuch. tract. 8. pag. 114. & seqq. edit. 1650. in 4.* comperio judicium nostrum conforme esse judiciis *Melanthonis, Conradi Porta, Huberini*, quæ ibidem exhibentur: imprimis & *Lutheri tom. 4. Jenens. fol. 407.* ubi consolatur viduam mariti αὐτοφόνου. Idem sentit *Alstedius in summâ Cas. Consc. cap. 21. qu. 5. 3.* Dolor & metus circa salutem externam & corporalem, est, vel ex conscientia sceleris, ut *Achitopel, Clymeni regis Arcadiæ & Cinyræ regis Assyriorum* (qui uterque cum filia concubuerant): vel ex sensu præsentis aut metu futuri mali, ut captivitatis, servitutis, stragis, infamiæ, contumeliæ, &c. ut *Didonis, Sardanapali, Saulis, Cleopatrar, Mithridatis, Saguntinorum, Numantinorum, Judæorum apud Fl. Josephum lib. 3. cap. 18. 19.* vel denique ex onere & molestia morborum, dolorum, corporis, immo & senectutis ut *Zenonis, Cleanthis, Speusippi, &c.* & in hoc ac proximè præcedenti in casu Stoici concedebant ὑπολογὸν ἐξαγωγῆς (*Seneca epist. 58. Zeno apud Laërtium, Musonius apud Stobæum serm. 1. Epictetus apud Arrianum*); quin & magnates ac Reges multi solent in omnes illos casus venenum in promptu habere, teste *Livio. Regio more ad incerta fortuna venenum sub custode promptum.* *Lips. Manud. ad philosophiam Stoicam lib. 3. diff. 22.*

Cause instrumentales hujus mali sunt pænè infinitæ, nec omnes enumerari possunt: quo enim vitam sibi non adimit ingeniosa in propriam perniciem miserorum hominum solertia. Suffecerit ergo instrumenta divisisse in animata & inanimata. Illa in rationalia & irrationalia. Per rationalia, id est, per homines committit quis αὐτοφονίας cum illis mandat aut persuadet ut faciant. Per irrationalia cum quis eorum ictum & dentes incurrit, aut in se concitat, aut venenatos afflatus aut morsus aut tactus corpori suo applicat. Inanimata sunt vel naturalia, ut ignis, aqua, præcipitium, &c. vel artificialia, ut gladius, sclopus, laqueus, poculum venenatum, &c. Huc refer voluntaria & mixta; ut venæ sectionem, inspirationem continuam donec homo suffocetur, cujus exemplum refert *Galenus* in servo quodam. Sed his omissis præstat melioris doctrinæ causâ omnes modos αὐτοφονίας per certas species distribuere. Præmittimus distinctionem vocis.

Significat ergo αὐτοφονία. 1. latè materialem quamcunque sui ipsius aut læsionem aut mutilationem aut homicidium, quamvis sine crimine, quæ formaliter & propriè non potest dici αὐτοφονία. Estque ea vel coacta, ut cum in aliquem propria manus aut malleus aut culter, quem manu tenet, violenter adigitur: vel casualis, ut cum quis absque ulla intentione, etiam adhibita diligente circumspeditione, seipsum pulvere pyrio tollit: vel per ignoran-

248 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
tiam & rationis defectum, ut in maniacis, phreneticis, infantibus, epilepticis, &c. vel *debitâ ratione* necessitatis, ut cum quis in casu gangrænæ, aut detentionis in carcere, seu laqueo, &c. membrum aliquot sibi abscindit aut avellit, ut vitam præsentis periculo eximat. 1. homicidium aut læsionem sui ipsius formalem & propriè sic dictam. Talem *ἀποφώρα* dividimus 1. in internam & externam. Illa est motus primo primus, deliberatio, desiderium, propositum. Ista est *primaria* cum quis mortem sibi infert; aut *secundaria*, cum quis tantummodo læsionem sui intendit. 2. *Primaria* dividitur in voluntariam in causa & voluntariam in se. *Prior* est cum quis ebrius præcipitem se dat, aut in aquam insilit. *Posterior* est vel aperta seu *directa*, vel implicita & *interpretativa*. 3. *Directa* fit aut *omittendo*, ut cum quis sive inedia sive remota vulneris sui curatione se tollit: aut *committendo* seu agendo, idque vel tanquam *causa moralis*, ut cum quis seipsum intempestivè accusat & prodit ut è medio tollatur; cum quis famulo suo imperat exemplo Saulis 1 *Sam.* 29. & Abimelechi *Jud.* 9. 54. 55. vel tanquam *causa physica*. Et hæc rursus dividitur in *crassam* & *palliatam*, seu subtiliorem. Illa quæ tédio vitæ aut conscientia sceleris fit ex directa intentione, & spontè idque per gladium, laqueum, præcipitium, &c. Ista quæ fit ex directa intentione, non tamen sponte aut motu proprio, sed ex hypothesi & prætextu Imperii superiorum, aut publici boni, qualis *ἀποφώρα* est Socratis, Japonensium condemnatorum, nautarum & lociorum navalium Belgicorum, qui antehac accenso pulvere pyrio se una cum hostibus sustulerunt. De quo casu infra disceptabitur. 4. *Interpretativa est*, cum quis non quidem ex directa intentione sibi mortem infert; ea tamen indebitè aut absque rationabili causa facit, per quæ mors ejus acceleretur. Fit autem illud vel omittendo, vel committendo. *Prior est*, cum quis in judicio capitali innocentiam suam non tuetur; aut cum inculcata tutela vitam contra aggressorem non conservat; aut fuga sibi non consulit, ubi debet & potest; aut iusto bello vim illatam non propulsat, sive id fiat ignavia sive errore & prætextu religionis (ut Judæi 1 *Machabæor.* 2. 38. & hodie Anabaptistæ, & qui illos sequuntur); denique cum quis omnem medicinæ usum negligit ex avaritia, si non fastidit ex *μωροσφία*, &c. *Posterior est*, cum quis intemperantia vitam sibi admittit, (quales pro dolor nimis quam multi Bacchi martyres!) aut absque necessitate & rationabili causa in pericula se conjicit, ubi mortem sæpius accersi novit, dum versatur in rebus ludicris aut illicitis ut scansione, natatione & urinatione temeraria, saltatione in funibus, *μελουργία*, hastiludiis seu torneamentis, aliisque ejusmodi spectaculis imprimis denuntiatione aut susceptione detestabilis duelli seu monomachiae. Ad hanc classem *ἀποφώραν* refer etiam omnes pseudo-Martyres, qui perversè & perversè

caciter

faciter ad mortem se offerunt, sed non ad gloriam Dei aut bonum publicum.

5. *Sequitur nunc secundario sic dicta αὐτοφονία*, quando quis lædit seipsum: quod fieri potest tribus potissimum modis, *vel* mutilatione membri, ut castratione, oculi effossione, &c. *vel* contusione, illusione, verberatione, laceratione carnis aut cutis, &c. ex. gr. spontanea flagellatione: *vel* infirmatione corporis, vires ejus indebitè & intempestivè exhauriendo, per jejunia, vigiliis & quemcunque ejus neglectum & ἀφροδίσια (de qua Coloss. 2. 23.) Atque hæ divisiones sufficiant. Si quas alias ex causis deducere libeat, ex thesi præcedenti petendæ sunt.

Probl. *An diabolica injectiones & tentationes ad αὐτοφονίαν per se interna sint αὐτοφονία; & an semper illis consentiat, qui eas patitur?* Neg. utrumque.

Adjuncta & effecta hujus mali non recensebimus; magnam partem S. 4. peti possunt ex controversiis infra tractandis. Accedimus ergo ad opposita, & quidem ea quæ rationem habeant impedimenti. Sunt autem 1. prophylactica. 11. antidota. 1. Illa sunt vel privata, vel publica. *Privata* sunt amor vitæ & nostræ & proximi; arcta ejusdem cura & custodia, quæ quidem fortitudini Christianæ, & præcepto Apostolico Roman. 13. 14. non repugnet. Inter *publica* excellunt imprimis poenæ in αὐτοφόνους statuta. Milesii voluerunt, ut virgines illæ, quæ corporibus suspensis demortuæ forent, nudæ cum eodem laqueo, quâ essent prævinctæ, efferrentur. Quo facto suo furorem istum stiterunt, teste Agellio lib. 15. c. 10. Apud vetustissimos Romanos justa illis non faciebant, nec in charistis & parentalibus nomina eorum ciebant Artemidor. l. 1. c. 5. Tarquinius Superbus, cum cloacas populum facere coëgisset, & multi propter hanc injuriam se suspendere, jussit corpora eorum cruci affigi, ut refertur in Servio Petri Danielis ad Æneid. 6. & à Plinio lib. 16. cap. 15. qui tamen illud improbat. Plato de legibus lib. 9. vult sepulcra iis seorsim esse, neminemque cum ipsis conssepeliri; deinde inglorios sepeliri in duodecim partium terminis incultis illis & nomine carentibus, ut neque columnis impositis, neque nominibus inscriptis sepulcra indicentur. Sed nullos alios istic intelligit, quam qui ex ignaviâ & parum virili timiditate injustam poenam sibi intulerint. Jure civili si qui conscientiam sceleris sibi mortem intulerunt, hodie communiter cadavera eorum in furcam tolluntur, aut sub eâ sepeliuntur, saltem sepulturâ & luctu carent. Apud Judæos idem obtinuisse testis est Josephus lib. 3. bellor. Judaicor. cap. 23. Et in Græciâ, uti ex Aristotele 5. Eth. Nicom. cap. 11. colligimus. Itaque, & multat eum civitas, & ignominia afficit, quia seipsum exanimavit, ut, qui civitatem injuriâ afficiat. An bona in fîscum redigenda sint ambigitur. De iis qui

250 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
 conscientiâ sceleris sibi manus intulerunt affirmatur illud L. 3. D. *de bonis eorum qui ante*, &c. si scil. eo crimine nexus fuerit, ut si convinceretur, bonis careat. *Menoch. cas. 284. n. 21. & 285. n. 7. Farinacius & Menochius loc. cit. Clarius quest. 68. Gregor. Tholosan. lib. 36. c. 22. Alibufus lib. 1. c. 128. n. 13* In αὐτοφθόνης ob tædium vitæ, furorem, æsalienum, doloris impatientiam, magnitudinem morbi aut luctus, nihil quidem *d. tit. D.* videtur statui: nihilominus pœnam arbitrariam decernunt autores modo cit. & sic usus hodie obtinet; specialiter apud Belgas, ni fallor, ut ignominiosè per plateas tracti sub furca sepeliantur, aut saltem communi honore sepulturæ careant. Ludovicus Pius in Capitulari anno 822. cap. 59. *Nulla illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur.* *Alciatus Parergon lib. 6. c. 27.* ratiocinatur ex antiquo jure seu consuetudine Romana memoriam eorum fuisse damnatam, ut videri non possint, moriendo confirmasse donationem aut uxori aliquid reliquisse. Ibidem, cum rationem exceptionum Ulpiani L. *cum hic status. ff. de don. inter vir. ab L. rex Uxor. C. de donat. inter vir.* hanc adfert Bartolus, propter gravitatem criminum: hanc ἐπιχειρησιν adjicit: *Atqui potest quis sibi ipsi manus iniicere, etiamsi non aded gravis criminis sit insimulatus sed tamen hoc ipsum, quod quis sibi manus injiciat, gravissimum crimen est, &c. Concil. Braccarense, & cum eo Capitulare Ludovici modo cit. ut & Jus canonicum 23. qu. 5. c. placuit, communem honorem sepulturæ (ut quidem more tunc obtinebat) ipsis denegat. Excipit tamen eos, qui per furorem seiplos occiderunt, 15. qu. 1. c. si quis insaniens, &c. illa. Porro sepulturæ, quam Concil. Bracarense videtur illis concedere, glossa Juris Canonici interpretatur de sepultura canina. Carpzovius lib. 2. Jurisprud. consistorialis tit. 24. definit. 376. in pœnam iis imponendam dicit sepulturam caninam seu asininam: quæ fiat per dejectionem cadaveris à carnifice per fenestras, vel subractionem sub domus limine in locum infamem & cadaveribus destinatum, vel saltem locum peculiarem extra cœmeterium. Ubi alios Doctores pro hac sententiâ adducit. Philippus Haenen in consiliis & judiciis Theologicis Germanicè Kirchenbuch tract. 8. cum theologis ibidem cit. censet eos à communi loco & consueto sepulturæ honore excludendos. In legibus Criminalibus Caroli V. anno 1532. cap. 135. apud Goldast. *Constitut. Imper. tom. 3.* hæredes à bonis damnati tantummodo excluduntur, cum manus sibi intert captus ob crimen, de quo convictus vitam & bona sua amittat.*

II. Antidota contra tentationes, deliberationes & conatus αὐτοφθόνας sunt 1. fuga silentii, solitudinis, 2. consortium. custodia, consolatio & adhortatio piorum. 3. Frequens lectio, auditio & meditatio tum rationum quæ infra huic flagitio, tum consolationum quæ vitæ tædio, ninio dolori

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUIPSIUS, &c. 251

ex adversis; impatientiæ, desertionibus & tentationibus in genere & in specie opponuntur: quæ suis quæque locis quærendæ. *Balduinus lib. 3. cap. 4. casu 13. p. 696.* refert inter causas *avroxeias* metum reprobationis, & exemplum adfert ludimagistri cujusdam anno 1562. qui seipsum interemerat relicto chirographo: *Se ab aeterno reprobaturum & ex numero salvandorum exclusum esse.* Sed perperam facit quod innoxie doctrinæ Calvinæ & Beze malum hoc impingit ibidem p. 700. quasi homines tali tentationi obnoxios omni consolatione destitueret & ad desperationem adigeret: & quod primum antidotum ac lenitivum hujus metus suggerit hanc opinionem: *Deum neminem ex absoluto quodam decreto reprobasse*, &c. Quid sit de absolutâ reprobatione, & quomodo illâ ex verbo Dei tenenda, abunde à nostris declaratum fuit, & nuperrimè à Twisso contra Arminii *Anti-Perkinsum*. Quantum vero absoluta electio consolationis affluxum suppeditet, & qualia contra metum reprobationis antidota sint depromenda nemo melius ostendit post Bezam ad *Acta Colloq. Mompelgard.* quam præstantissimus practicus *Perkinsus*, & populares ipsius, quorum scripta practica ex illo tanquam fonte perenni rigata magno numero prostant. Nos ante annos aliquot (anno scil. 1627.) contra Judæ laqueum ab acerrimo Tileno & Remonstrantibus doctrinæ Synodi Dordracenæ objectum, antidotarium vernacula lingua instruximus. Et ostendit quotidiana praxis nostrorum circa languentes aut perturbatas ejusmodi conscientias, solidam consolationem, non obstante doctrina nostra, immo & vi ejusdem abunde subministrari posse. Sed adversarii nostri praxim dextrè & opportunè eam applicandi ignorant, aut pervertunt.

His præcognitis, accedamus ad controversias. Quæ sunt vel principales §. 5. seu magis celebres, vel minus principales. Illæ sunt tres: Una generalis, duæ speciales seu hypotheticæ.

Generalis est, An avrophia aliqua sit licita. Nos negantem istis argumentis astruimus.

1. *Arg.* Ex *Genes. 9. 5. 7.* & sexto præcepto, *Non occides.* Et urget hoc inter alios *Aug. lib. 1. de Civ. Dei c. 20. 21.* ubi concludit: *His igitur exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiae Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem vel seipsum occiderit, homicidii crimine innectitur.*

11. *Arg.* Ex *Ephes. 5. 29.* *Nemo propriam carnem odio habuit, &c.* Est hæc lex naturæ ab ipso Spir. S. per Apostolum confirmata & sanctissimo exemplo Christi expressa (*Matth. 26. v. 39.* de quo in 2. part. sel. *Disput. tit. de Agonia & desertione Christi*) ut unumquodque ens creatum, inclinetur & feratur in bonum & conservationem suiipsius; & quidem tanto magis evidenter, quanto perfectiorem essentię gradum obtinet. Hoc ergo im-

primis omnia animalia appetunt, & homo rationale animal appetere debet. Rationem hanc urget *Fl. Josephus lib. 3. de bello Judaico c. 19.* Neciple Seneca diffiteri potuit epistol. 82. *Sui cuique amor est, & conservandi se permanendique insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis.* Argumentum hoc habet etiam *Thomas 22. qu. 63. art. 5.* idemque theologicè & philosophicè pluribus amplificari potest. Quisque est sibi proximus, maximè propinquus & familiaris (ut *Plato loquitur dial. 9. de legibus*) & caritas incipit à seipso: si quis in seipsum ἀσέβης & crudelis sit, qualem se exhibebit aliis? *tanquam nihil non in alium ausurus, qui hac adversus se ausus esset, L. 23. §.* Excipitur *D. de adulter. edict.*

Contra hoc *Argum.* forte quis excipiat. *Except.* Licet aliquo in casu abjicere & abolere inclinationem ad vitæ conservationem, ut in casu martyrii; & *Luca 14.* jubemur odisse vitam. *Resp.* Non est iste stupor, sed amor: non amittitur sensus, sed Deo submittitur. Non abjicitur ergo illa inclinatio, sed tantum subijcitur altiori amoris gloriæ divinæ, voluntas hominis voluntati divinæ conformatur: uti hoc fusius explicatur in *disp. modo cit. de agonia & desertione Christi.* Deinde, non committitur tali in casu homicidium sui ipsius, sed tantum aliis permittitur, & cessatur ab usu quorumcunque mediorum defensionis.

III. *Argum.* Immanis est injustitia & intensivè & extensivè: Nam injurius est non tantum in 1. seipsum & caritatem qua se diligere debet: 2. in naturam & inclinationem ejus (ut jam dictum) sed & 3. in Deum. 4. in Rempublicam & Magistratum. 5. in Ecclesiam. 6. in familiam & cognatos, affines, &c. In Deum, seu in ipsius potestatem, bonitatem, justitiam, providentiam, &c. Ille enim est supremus vitæ, necisque dominus, qui in hanc vitam te introduxit, & à quo solo ἐξαρῶν expectanda *Psal. 68. 21. Act. 13. v. 36. & 17. v. 26.* & homo nequaquam est ἀντεξίστης, aut vitæ suæ dominus. Hinc sancti exitum suum Deo deferunt *Luc. 2. 29. Phil. 1. 23.* Urgent hanc rationem *Lactant. lib. 3. c. 18. Thom. 22. qu. 64. a. 5. Plato in Phædone,* & ex illo Platonici *Plotinus, Cicero in somnio Scipionis & ex Pythagora in libr. de Senectute,* & egregiè *Macrobius lib. 1. c. 13. In Rempublicam & Magistratum,* quia illius civis perimitur (est enim pars communitatis, ut *Thomas loc. cit.*) & in hujus auctoritatem (penes quam jus vitæ & necis *Rom. 13. 4.*) ac jus publicum à privato involatur, qui in propria causa munus actoris, testis, consilarii, judicis, prætoris, & tandem carnificis (si quidem apud Romanos carnificis loco habebatur, qui se vulnerasset ut moreretur, teste Festo) sibi usurpat: addo & Imperatoris aut præfecti militaris. Quæ si sigillatim ex scriptura, philosophia, Politicis & Jurisprudèntia deducantur; quamplurima argumenta suppeditabunt. Postremum illud &

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUIIPSUS, &c. 253

unicum *deserens* ex jure suo non inconcinne opponit Alciatus parerg. lib. 4. c. 4. Etenim non licet militi presidium, cui impositus est, injussu Imperatoris sui deferere L. 3. S. qui stationis, de Re militari. De injuriâ Reipubl. illata Aristotel. libr. 5. Ethic. Nicom. cap. 11. Ubi aliud peculiari argumentum indicat, quod seipsum non occidere, sit ex justis illis, quæ & omni virtuti congruunt, & lege constituta sunt. In Ecclesiam, quia si ejus aut civis aut fautor sit tali quali saltem professione, & ipsi ac doctrinæ disciplinæque Christianæ non parvam ignominia notam inurit, quantum in se est; bonis omnibus dolorem, infirmis scandalum, hostibus risus & insultationis occasionem præbet. In Familiam, quia membrum, forte & primarium, visceribus ejus violenter eripit, suos omnes ignominia, dolore & luctu implet, atque adeo maximè crudelem & immisericordem se adversus eos ostendit, quos refocillare debebat, 1 Tim. 5. 4. 8. cum Ephes. 5. 28. 29.

IV. Argum. Quia est infidelitatis, pusillanimitatis, impatientiæ, ingratitude erga Deum & proximum, ignavi metus; & repugnat fidei, spei, caritati, justitiæ, fortitudini, prudentiæ; breviter omnibus actibus religionis, honestatis & justitiæ, &c. quanta autem hæc sint vitia alibi ex scriptura traditur. Augustin. tract. 52. in Johann. ex Math. 4. 6. 7. & Johan. 2. 1. 18. docet esse abusum scripturæ, tentationem Dei, declinationem à vestigiis Christi, si quis etiam odio hujus mundi & desiderio melioris vitæ mortem sibi inferat. Postremum illud de timiditate inter Ethnicos urget Aristoteles Ethicor. Nicomach. lib. 3. cap. 7. Mortem autem obire fugientem inopiam, vel amorem vel molestum quid non fortis est, sed potius timidi. Mollitia enim est laboriosa fugere, nec quia honestum est, id facere, sed ne malum habeas. Ubi paraphrastes Andronicus Rhodius: Fugere molesta mollitiei est, & ignavia. Neque enim quisquam propterea ejusmodi mortem eligit, quia honesta est, sed ut eis desungi malis possit, quibus ferendus amplius par non est. Et refert August. cap. 23. amicos quosdam Catonis etiam doctos viros censuisse facinus illud imbecillioris fuisse quam fortioris animi.

V. Argum. Quia est stultitiæ; nec enim tam consilio quam furore & infano impetu ad facinus hoc devenitur: quod bene notatum à Quintiliano declamat. 344. Non sunt ista, nisi subito: nec quisquam (præsertim nullâ gravi precedente causâ) spiritum ratione deposuit. Adeo ut sapientiæ & consilii singularis laudem nemo hinc sibi tribuere debeat, cum plerosque qui sibi manus inferunt videamus esse furiosos, maniacos, velaneolicos, consilii expertes, panico terrore, aut desperatione, aut opprimente dolore perturbatos, & exanimatos, &c. Magis enim, inquit Augustin. tract. in Johann. 52. mens infirma deprehenditur, qua ferre non potest vel duram corporis sui sanitatem, vel stultam vulgi opinionem.

VI. *Argum.* Ad hominem apud *Aphrodiseum* in 2. *Topic.* & lib. 2. de Anima ubi titulus disput. est: *ὅτι καὶ αὐτοῦ αὐτῆς ἡ δόξα πρὸς εὐδαιμονίαν*, Ubi proprio gladio sic jugulat Stoicos: Si sola virtus efficit hominem beatum, ergo nunquam sapienti causa datur abrumpendi vitam, nec unquam erit *εὐλογεῖν ἐξαγωγή*. Consequentiam probat, *Πᾶς ὃς εὐλογεῖ τὴν τῶν κατὰ φύσιν τῶν σόφων: εἴ ἂν ὅς περ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ ἦν, ὅτις ἂν ἐπὶ εὐδαιμονίας εὐλογεῖ ἄλλῳ ἦν: εἰδὲς ὃς καὶ εὐδαιμονίας καὶ δόξης.*

VII. *Argum.* Alterum arg. ad hominem contra eoldem Stoicos sic instruit Augustin. lib. 19. de Civit. Dei c. 4. *Quæ mala Stoicæ philosophi miror quâ fronte malanon esse contendunt, &c. O vitam beatam, quæ ut finiatur mortis querit auxilium. Si beata est, maneat in eâ: si vero propter ista mala surgitur ab eâ, quomodo est beata, aut quomodo ista non sunt mala?*

VIII. *Argum.* Accedit consensus sapientum, quem in gratiam juniorum indicare non pigebit. Agmen ducant, qui ex professo pro veritate hæc disputant, quales Augustinus de civitat. Dei libr. 1. cap. 19. 27. Lactantius, Chrysostomus, Thomas locis jam citatis. Sarisburiensis Polycratici libr. 2. c. 27. Petrus Martyr. comment. ad Judic. 16. & 1 Samuel. 31. Laraterus in 1. Paralipomen. 10. Abotus lectionibus in Jona cap. 1. Rivetus in Decalogum. Balduinus in Casibus loc. cit. Lipsius in Manuduct. ad philosoph. Stoic. libr. 3. dissertat. 23. Alciatus in Pæregis iuris loc. cit. Adde ex Judæis Flav. Josephum lib. 3. c. 19. & prolixe apud Egesippum lib. 3. Excid. Hierosolymit. c. 17. Ex Gentilibus Plutarchum in vitâ Cleonis; Platonem in Phædone, imprimis Macrobius in seminium Scipionis lib. 1. c. 14. Platoni contrariam opinionem adscibit Victorius v. l. lib. 6. c. 23. sed excusavit illum Macrobius allata distinctione mortis. Nisi forte Victorius respexerit illud quod Lipsius innuit libr. cit. dissert. 21. de quo mox dicemus. Autores qui saltem veritati huic testimonium perhibent, sunt innumeri, Recentiores Theologos, philosophos, Jurisconsultos, Canonistas non est quod indicemus: Sunt ergo ex antiquis Hieronymus epist. ad Marcellum & in Jona 1. (ubi tamen excipit calum, nisi forte castitas priclitetur, in quo etiam hæsitat Ambrosius lib. 3. de virginibus & Baronius ad a. 309. §. 9.) Origen. libr. 2. in Jobum, Tertullian. ad Martyras c. 4. Ex Gentilibus Platonici præceptorem suum secuti, ut Plotinus, Apulejus de doct. Trin. Platonis, Virgilius Æneid. 6. Cicero in somnio Scipionis & libro de Senectute, ubi & Pythagoram allegat. Peripatetici cum suo Aristotele Ethicor. Nicomach. lib. 3. c. 7. & lib. 5. c. 11. Cui miror contrariam opinionem tribui à Daneo Ethic. Christi. lib. 2. c. 13. Adhæc Euripides in Hercule Furiente Q. Curtius libr. 5. Callimachus in epigrammate de Cleombroto, quod latine exhibet Ludov. Vives ad Augustin. lib. 1. c. 22. Denique leges & consuetudines Gentium, nominatim antiquorum Græcorum (quas re-

spicere

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 239

spicere puto *Aristotelem*. 5. *Ethic. Nicomach.* c. 11.) per quas infamia aliisque poenis facinus hoc vindicari solitum. De poenis hodiernis & jure canonico ac civili supra diximus.

Adversa tamen sententia à non paucis olim defensa fuit, inter quos facile eminent Stoici, ut videre est apud *Laertium in Zenone*; & *Senecam epistol.* 11. 17. 24. 58. 59. 70. 71. 78. & *de Ira lib.* 3. c. 15.; & *Arriani Epictetum dissert.* 1. c. 9. 24. & 2. c. 16. Idem sensisse Epicurum colligimus ex *Ciceronis lib.* 1. & 3. *de Finibus*, & *Lucretii lib.* 3. *Plinius lib.* 2. c. 63. apprime commendat hoc genus *ἐκαστης*. Ejus nepos lib. 1. epistol. 22. nimis honorifice de eo loqui videtur; sed melius tamen epistol. 12. Indi olim laudarunt & frequentarunt teste *Curtio lib.* 8. Plato, quamvis in genere mortem talem improbet, tamen aliquo in casu admittit, quod non obscure arguit exceptio ejus dial. 9. de legibus: *Eum dico qui seipsum occiderit*, &c. *quum neque civitas poenam injunxerit, neque tristi & inevitabili fortuna allapsa coactus, neque ad ignominiam aliquam desperatam, &c. sed & ex ignavia & parum virili timiditate injustam poenam sibi intulerit*. Nec immunes plane fuerunt Judæi sequioribus sæculis nimis Gentilizantes, ut constat ex dictis & factis eorum apud *Joseph. & Egesipp.* modo cit. & ex historiâ *Razii lib.* 2. *Machabeor.* 14. Antiquum etiam Gentilismum seu morem veterum Romanorum (apud quos frequens fuisse hoc mortis genus notat *Alciatus loc. cit.*) nimis redolet illud *Ulpiani L. 9. D. de peculio*: *Si ipse, inquit, servus se vulneraverit, non debet hoc damnum deducere non magis quam si se occiderit vel precipitaverit: licet enim servus naturaliter in suum corpus se vivere. Sed aliter loquitur L. 23. D. de adilit. ed.* Rursum tamen impunitatem haut obscure spondet illa exceptio *L. 3. §. sic autem D. de bon. eor. qui ante sent. mat. sibi consc.* & *L. 1. §. 23. D. de SC. Silan.* Sed militem cum ignominia mittendum vult, qui ex impatientia doloris aut morbi luctusve causa, &c. manus sibi intulerit, nec factum tamen peregerit *L. 38. §. ult. D. de Poenis & L. 6. D. De re militari.* Nec prætereundi hæretici Circumcelliones, & *Patriciani* (de quibus *Augustin. lib. de Hæresib. capp.* 69. & 61.) quorum illi putabant mortem consciscendam ad vitandum peccatum, abusi loco *Rom. 7. 24.* quos refutant *Chrysost. ad Galat. 1. & Augustin. tract. in Johannem citat.* Isti vero, quod sentirent, corpus esse à diabolo. Ostendit etiam praxis inprimis eorum, qui sapientes audiebant apud Indos, Græcos, Romanos, multis perversam hanc opinionem infundisse. Exempla quorundam *ἀνθρώπων* collecta vide apud *Tertullian. loc. cit. & Alciat. l. 4. c. 4.* generalem catalogum habet *Zwingerus in Theatro*; philosophorum vero *Faber Semestr. l. 1. c. 12. Ἀδελων* seu mavis Fabulosoform (ut ego quidem opinor) *Hyginus c. 252. 243.*

Ad rationum pro hac opinione solutionem notentur hi fontes solutionum.

256 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.

I. Distinguendum est casuale homicidium, ab *αυτοφονία* propriè dicta. Illud committi potest à viro etiam prudentissimo & fortissimo. Eadem distinctio locum habet in infantibus, furiosis. *Quæritur an etiam in quibusdam melancolicis?* Distinguendæ sunt species, gradus, intervalla & paroxysmi melancoliæ: de quocunque casu absolute negare nolum. Et video in hanc partem determinari à *Carpzovio*, *Philippo Haenen*, *Alstedio* locis cit.

II. Aliud est pati mortem, permittere sui homicidium, immo & fortiter ad illud se offerre: & aliud se ipsum occidere. Illud aliquo in casu licitum est, & fecit tale quid Christus, ut & martyres, heroës, &c.

III. Aliud est actus præcedaneos agere sine quibus quis non occiditur; seu qui illic & tunc ducunt ad patiendum homicidium, ex. gr. ad locum supplicii ire, cervicem, manus, linguam amputandas extendere, scalas ascendere, &c. & aliud est tales actus peragere qui ex se per se & sua natura seu in specie & formaliter semper faciunt ad vitæ ablationem aut corporis læsionem, & ad quos directè (saltem ordinariò) mors seu vulnus sequitur, tanquam ad causam per se & directam sive proximam sive remotam: & ad quos mortem sequi, nõrunt *αὐτοχειρὴς*, atque ideo ad tales actus confugiunt.

IV. Iusta causa nunquam est faciendū aliquod malum turpe; nam illud nunquam est eligibile: Nec inter mala istius generis minimum est eligendum: Nec sunt facienda mala, ut fugiamus aliud malum, aut ut eveniat bonum.

V. Ad exempla Simsonis, Raziæ, &c. satis responsum ab *Augustino*, *Martyre*, *Riveto* loc. cit.

Corollar. Quod Theologi nonnulli apud *Zepperum* lib. 5. de legib. *Mosaicis* c. 7. putant cadavera hominum in furca non esse relinquenda, præterquam quod rariones eorum ex *Deuter.* 21. &c. absurdæ sunt; id liquidò ex pœna *αυτοφόνων* refutatur; qui in corpore pœnas alias viventibus infligi solitas subire non possunt: quin immo ex generali ratione pœnæ, quæ inducta est ad disciplinæ publicæ emendationem, & ut exemplo cæteri deterreantur; non tantum quia peccatum est; sed etiam ne peccetur, juxta dictum Platonis cit. à Cujacio ad D. de Pœnis; *ἐχ' ἑρασι. ἡ κακουργήσας τὴν δίκην δι. δόξ. ἡ δὲ τὸ γίνεσθαι ἀνέητον ἔσται ποτε.*

S. 7. Secunda controversia non tam thetica quam hypothetica est, *An liceat navem propriam atque adeo seipsum incenso pulvere pyrio tollere.* Occasionem controversiæ dederunt exempla aliquot nostratium nautarum & militum navalium, qui flagrante hoc bello (idque jubentibus ita legibus militaribus) cum desperatam putarent victoriam aut evasionem, navem suam incenderunt, tum ne illa cum tormentis & comœatu hostium potentiam auge-

augeret; siquidem in manus eorum deveniret: tum ut damnum inferrent hostibus, ipsos cum navi aut navibus una tollendo. Nos negantem sententiam amplectimur, eamque ita probamus.

1. *Argum.* Omnis *ἀνθρωπία* verè & formaliter ita dicta est illicita, sed tale factum nautarum est *ἀνθρωπία*, &c. Ergo. Major in confesso est & supra satis superque demonstrata. Minorem ex adversariis *quidam* concedunt, contra quos militat probatio majoris, quam hic non repetimus: *Alii* negant, in quâ sententiâ etiam puto fuisse legum militarium seu navalium in Belgio fœderato autores. Nam ut inter Christianos & quidem hoc tempore reformationis *ἀνθρωπία* propriè & formaliter sic dicta subditis imperata fuerit, mihi non sit verisimile. Probandum ergo, tale factum esse aut implicare *ἀνθρωπία*; quod facimus hoc argumento. Quicumque directè & voluntario mortem sibi inferunt tanquam causâ physica & moralis, illi sunt *ἀνθρώποι*: Sed nautæ illi hoc faciunt, Ergo. Majoris consequentia verissima est, ex definitione *ἀνθρωπίας*: alioquin nulla esset *ἀνθρωπία*. Minor sic probatur. Quicumque illum actum partim imperant alteri alicui scil. ex militibus aut pueris, partim ipsi manu suâ exequuntur, per quem per se, directè & suâ naturâ mors infertur, illi directè mortem sibi inferunt. Sed verum prius, Ergo. Major in confesso est. Minor patet, quia incendium pulveris pyrii eundem ordinem & eandem efficaciam causalitatis habet ad effectum incendii navis & necessario inde sequentes conflagrationis, aut suffocationis, aut submersionis aut in frustra concisionis seu diruptionis hominum, quem habet explosio sclopi in proprium pectus, incendium conclavis aut domus ex quâ evadere non possis, præcipitatio in Ætnam, aut in aquam, haustus veneni, &c. Docuit experientia navi vectos ordinariò frustis carnum, in quæ discerpti sunt, intestinis, sanguine mare conspargere. Miraculi fere instar est, si quis ex omnibus primo ictu ex navi ejectus & procul inde in mare projectus unquam evaserit.

11. *Argum.* Quia factum hoc repugnat fiduciæ in providentiam Dei, prudentiæ Christianæ, fortitudini heroicæ & militari, caritati & clementiæ in proximum, imprimis in personas miserabiles, & pueros, qui in eadem navi sunt; quibus hostes victores proculdubio parcerent.

Fiduciæ: quia limitant Dei providentiam, quasi penes ipsum non sint mille evadendi viæ, etiam cum nos fere conclamatum putamus. Hæc enim via Dei nostri, ut quasi *ἀπὸ μηχανῆς* auxilium suum præstet, cum cessat omne auxilium humanum.

Prudentiæ, quia certum ac præsens exitium cum incerto casu seu eventu librant, & illum huic præponderare volunt; quod certe non est iudicii & sapientiæ sanitas, ut Augustinus loquitur. Poterant enim ipsi quamvis

jam pæne victi superiores evadere, poterant effugere, poterant hostes vitæ illorum parcere, poterant quamvis captivi terrâ vel mari ex captivitate erumpere, saltem poterant aliqui enatando aut aliâ ratione vitæ suæ consulere.

Fortitudini, quia hoc verè fortis est non turpiter ex desperatione victoriæ aut salutis stationem deferere & à pugnando cessare, sed ad extremum usque spiritum pugnare. Hoc fecerunt omnes illi sive duces sive milites, qui nomine fortitudinis celebrati tum in sacris literis, tum in historiis Gentilium & Christianorum pulcrâ petierunt per vulnera mortem. Infinitum esset exempla illa recensere, nec necesse est; præsertim cum nullum laudatum in contrarium adduci possit.

Caritati & clementiæ, in miserabiles personas: Quia immani crudelitate tollunt, ex. gr. senes imbelles, ægrotos, pueros, quibus ipsi hostes parcere possent, & plerumque parcere solent. Illis saltem injuriam faciunt; siquidem sibi à seipsis nullam fieri putarent.

III. *Arg. à pari*. Quia nunquam apud Israelitas aut Christianos in bellis, quæ terrâ geruntur aut olim aut hodie, licitum & decorum fuit, nunquam hoc militibus aut civibus obsessis in extrema necessitate legibus & consuetudine militari impositum, nunquam quod sciam, ita frequentatum aut tentatum: cum tamen non minus, in terrâ quam mari casus ejusmodi incidant, ut præfidiarii castri alicujus & sui ipsius cum omni comætu & apparatu bellico per pulverem pyrium subversione patriæ saluti magis prodesse, & hostibus magis obesse possint; quam nautæ incendio navis. Nemo rationem disparitatis aut dissimilitudinis assignare poterit, cur factum tale magis aut minus licitum sit nautis, quam præfidiariis; in elemento uno magis, quam in altero.

IV. *Argum.* Ex absurdis consequentibus. Multi enim laudandi essent aut saltem excusandi, quos alioquin pro ἀντροφῶνις habent nobiscum adversarii; quales 1. Judæi illi apud Josephum libro tertio, capite decimonono, & Saguntini cum Numantinis. 2. Razias Machab. 2. cap. 14.; & si quis (quia aliter non posset) malit per se ipsum glandulâ plumbulâ petere hostem aut tyrannum, atque adeo secum tollere, quam vivum dimittere. 3. Qui sententiâ in se latâ, mortem sibi consciscunt sive jussi à Magistratu ut in Japonia, sive injussi, inediâ aut veneno (ut *Socrates*,) aut venæ sectione (ut *Cornelius Merula* consularis apud Romanos & flamen Dialis). 4. Immo qui ob conscientiam delicti: ut tormenta & per ea stratagematis detectionem atque publicæ causæ aut patriæ, aut suorum prodicionem, sententiam denique & acerbissimum atque ignominiosum mortis genus præveniant. 5. Circumcelliones, Donatistæ, Patriciani, qui majoris mali præveniendi,

veniendi, aut peccati evitandi, aut vitæ melioris causa *ἀυτοφονίας* committēbant. Idem dicendum esset de fæminis illis: quæ ad evitandam castitatis violationem, manus sibi intulerunt. Nam & in his casibus æque prætendi potest extrema & certa moriendi necessitas, bonum publicum, inimicorum damnum, evitatio majoris mali. Nec ulla comparet ratio dissimilitudinis.

v. *Argum.* Consensum Theologorum ausim mihi spondere, siquidem in hunc calum specialem ex professo inquisivissent. Qui solus (quod sciam) præter Amesium eum attingit, à nobis non dissentit Cl. Rivetus in *expof. decalogi*. De Pontificiis Theologis non dubito. Quamvis enim ad hypothefin hanc in terminis thefin suam non transferant: tamen inde apparet, quod nusquam compendio illo nostratium nautarum in proeliis navalibus adversus hostes suos usi, aut uti edocti sint nautæ Hispani, Lusitani, Siculi, Veneti, Galli, &c. cum tamen illud ignotum ipsis esse non potuerit, & plerique ipsorum, imprimis Regis Hispaniæ milites, rigidiori disciplinâ teneantur in bello salutem suam negligere, & vitam publico impendere, quam nostri. Quin & nuper nautis ex India Occidentali thesauros & reditus regiones vehentibus mandatum est, ut si in nostras naves inciderent, rebus desperatis, thesauros omnes in mare projicerent. Quæ autem causa quod compendio illo incendii navis suæ & nostrarum, tantum dispendium hostibus suis non inferant? Ego nullam arbitror esse quam præscriptionem doctrinæ Theologicæ de *ἀυτοφονία*. Qui contrariam sententiam in hoc casu teneant, nulli (quod sciam publicè noti sunt) præter clariss. theologum Amesium in *Calibus lib. 3. c. 31.* & *Burgersdiciū philosophiæ in Acad. Leidensi*, Professore, & mihi, cum viveret, amicissimum in *compendio Ethicæ cap. 14.* Scepticè etiam aliquid differere voluit tenebrio quidam Remonstranticus: sed quia probatio ejus non subsistit intra factum hoc nautarum, non est cum eruditiss. illis viris nominandus. Ratiunculas ejus excussimus *Thersitis Heautontimor. sect. 3. p. 251.* Quæ præterea addi solent aut possint, ut excusentur ab *ἀυτοφονία*, sunt ista.

I. *Object.* Quia sibi manus non inferunt. *Resp.* Ex dictis satis liquet eos manus sibi inferre, aut nullos fere *ἀυτοφόνους* sibi inferre.

II. *Object.* Exemplum Simsonis; Quod ita applicat Amesiū: *Similis fere est ratio navalium, ac Simsonis.* *Resp.* Fere non tangit. Si non est similis aut eadem ratio (ut quidem non est) jam consequentia non valet. Illud ut Nazareū Dei & publicum judicem ac vindicem populi extraordinario motu divino actum credimus, ita ut Deus subjecerit potestati ipsius vitam propriam. Adhæc victoriosâ morte suâ specialiter adumbrasse videtur Christum, *Judic. 16. 30. coll. cum Coloß. 2. v. 15. Hebr. 2. v. 14.*

Sed nostri navales nesciunt cujus spiritus sint *Luc. 9.* & non magis hoc exemplum communem ipsis facit legem; quam Abrahami, Pinchas, Eliæ, Elizæi, &c.

III. *Object.* Non intendunt directè occidere seipso, sed hosti incommodare. *Resp.* Quasi quis excuset *furem* aut adulterum, aut mendacem: non intendit directè proximum defraudare, sed paupertatem suam sublevare; non intendit voluptatem & furtivam venerem cum uxore tyranni explere; sed secreta illius inde expiscari & patriam liberare: non intendit mentiri aut veritati adversari; sed sibi aut proximo prodesse. Quinam *ἀνθρώποις* dicere non possent, se directè non intendere mortem suam: sed gloriam, immunitatem à malis, bonum familiæ & hæredum suorum, quod obtineri non posset, siquidem manu carnificis & latâ sententiâ occiderentur: denique utequuleum declinent, atque hæc ratione *brevem hanc ad Deum eundem viam* ineant: quomodo tale quid a. 1618. Ægidius Ledenberch Ordd. Ultrajectinis à secretis, testamentariâ quasi scedulâ posteritati testatum voluit. Videant eam, quibus hoc tanti est, in *historiâ Ecclesiasticâ Job. Wittenbogardi*, & *Jac. Triglandii*. Corrigenda est ergo hæc phrasis: Directè intendit & suæ & hostilis navis incendium, suum & hostium interitum; sed hoc primo, per se & ut finem, illud vero secundo, consequenter & propter aliud ac in ordine ad aliud, tanquam causam sine quâ non, seu medium & concomitans necessarium. Quomodo directè intendit fidelis fidem cum operibus, & vitam æternam; & quomodo desiderat mortem & vitam æternam *Philipp. 1. 2 Cor. 5. v. 4.* Licet quidem desiderare mortem propter aliud, & bonum consequens mortis propter se; sed non licet mortem sibi accersere aut inferre.

IV. *Obj.* Reliqua quæ à bono publico, vocatione & speciali obligatione militum, damno hostium, extremâ necessitate, & quod tamen ipsis moriendum fuisset, &c. desumuntur; non magis licitam faciunt *ἀνθρώπων*, quam quævis alia peccata contra legem Dei. Quid si aliquis phthisicus aut letali aut plane incurabili morbo laborans, seipsum inediâ, aut ope medici, aut quocunque alio *ajuto di morire* liberet ab immanibus cruciatibus: hoc est ipse aut medicus agat carnificem? quod scil. illi tamen moriendum esset. Omnes illæ circumstantiæ hoc tantum efficere debent, ut rectè permittant sibi eripi vitam, non ut ipsi abjiciant; ut morti se fortiter offerant, non ut eam sibi inferant.

V. *Obj.* Non est *ἀνθρώπων*, quia directè non agunt illud, ad quod necessario mors sequatur: aliquos enim incensâ navi salvos evasisse compertum est: *Resp. 1.* dato unum ac forte alterum miraculosè quasi in vitâ servatum: inde nulla consequentia duci potest. Una enim hirundo non facit ver. Quid si dosin veneni alicujus deleteriam centeni sumerent, & unus ex illis *Μιθridates*

thridates morti tunc non succumberet; an ideo reliqui, qui scientes & volentes talem dosin hauserant, non essent dicendi *αυτοφόντοι*? *Resp.* 2. Non facile exempla superstitem aliquorum ex vectoribus monstrabuntur, ubi tanta pulveris pyrii quantitas incenditur. Exempla duorum superstitem post incensam & frustulatim discissam ac disiectam navem, proferuntur ex itinerario navarchi *Βοντελαε* typis edito. Nos itinerario illo attentè lecto & relecto, dicimus duos illos à fonte caloris, hoc est, à primo pulveris incendio remotiores stetisse; & sic prima illa aëris à pulvere pyrio factâ impulsione ex statione suâ excussos ac procul in mare projectos. Adhæc, non fuisse tantum pulveris incensum, quanto naves ordinariò instructæ sunt; quod compluria ejus vascula in mare jam projecta essent. Quæ ergo hinc consequentia, à duobus tali in casu superstitis quorum alter non sine lumbi fragio aut dorso pæne contuso, ægrè ab *αδελφύλοις* præservatus fuit?

VI. *Obj.* Aliquando, incenso pulvere, hostes repulsi fuerunt, & bona pars eorum vulnerati aut cæsi: vectoribus interim salvis. *Resp.* Hoc factum vasculis aliquot pulveris in supremo navis tabulato dispositis, quibus hostes in navem insilientes aduruntur, illæsis vectoribus, qui ad infima navis recesserunt. Tali pulveris incendio nemo quæstionem movet: nec est ibi ulla species *αυτοφονίας*.

VII. *Obj.* Magistratus si mandet, non est *αυτοφονία*: quia ille habet jus vitæ & necis. *Resp.* 1. De absoluto jure, nondum probatum vidi. Deo hoc competere, indubium est. Factum concedo. Quod enim de Nebucadnezare dicitur *Daniel. 5. v. 20.* de multis Regibus & Principibus etiam aliquibus nomine Christianis negari non potest. Vide mihi Imperia Persicum, Ottomannicum, Japonicum, Siamicum, Tartaricum, Mogulicum, Chinense, Russicum, &c. *Resp.* 2. Decreta & statuta magistratuum ex peccato facere nequeunt non-peccatum; nec de jure contra jus dispensare. Confer supra *disp. de cæcâ obedientiâ. Resp.* 3. Quod olim per ignorantiam à belli maritimi præfectis illo statuto seu lege pœnali de incendio pulveris pyrii peccatum fuit; jam ante 63. aut 64. annos emendatum est, sive expressâ (de quo certus non sum) sive tacitâ sanctionis ejuldem abrogatione, & non-observatione. Ab illo enim tempore nulli puniti sunt, quod rebus pæne desperatis, pulverem pyrium non incendiissent; sed quod ad extremum fortiter non pugnassent.

Restat tertia controversia principalis, de spontanea flagellatione: cui oc. s. 8. causam dedit ludicra Romanæ factionis hypocrisis, quæ in Belgio nostro imprimis ostentari cœpit post luctuosum Hispanorum militum cum duce Albano adventum: illi enim ut sectæ Romano-Papisticæ propius adherent, ita & in hoc genere sanctitatis Romanæ alios omnes post se reliquerunt.

Iisdem illis temporibus Brugis Flandrorum erumpere & inclarescere cœpit illa disciplina *Gynopygica Corneliana* (ut eam appellat Eruditiss. *Vulcanius Brugensis* quondam Lugd. Batav. in græca literatura præceptor noster in epist. dedicat. ad Nilum Thessalonie. de Primatu Papæ) quæ nomen accepit à furioso illo Theologo & Minorita *Cornelio Adriano*. De qua vide Historiam peculiarem cum mellificio concionum ejus vernaculo idiomate editam, Et Nobiliss. *Sancti Aldegondii* toparcham in Alveario Ecclesiæ Romanæ. Lutetiæ an. 1583. eandem comœdiam actam refert & condemnat *Thuanus histor. libr. 78.* Romæ jam à sæculis aliquot videtur hic mos servatus, ut hebdomade, quæ præcedit pascha, pœnitentes magno numero publicè se diverberent. Ante paucos annos in Germania virgidemialem disciplinam blasphemè buccinare & omnibus commendare aggressi Jesuitæ, inter eos *Drexelius in Trismegisto Christiano part. 1. c. 6.* imprimis *Gretserus peculiari tractatu* Ingolstadii, qui in Germanicum conversus & editus Colonie, ac postea de novo Latine & auctior Colonie editus 1606. Quin & in Belgio etiam fervere furores illos flagelliferorum, documento est Trajectum ad Mosam, ubi tamen postea sponte intermissi sunt. Illustr. DD. Ordd. hoc nomine non leviter indignatur *Libertus Froymundus* Doctor Lovaniensis in *Crisi Desp. Causa Papatus* nuper editâ. Ut autem horrenda illa mysteria cognoscat lector, ex libro *Gretseri* breviter sententiam ejus, quam tuetur, proponimus. „Flagellationem hanc publicè & in processionibus fieri „debere, ut homines bonum opus videant, &c. (*lib. 2. c. 10.*) & quidem „nudis pedibus, exemplo scil. Christi qui procul dubio nudis pedibus ad „flagellationem & crucem deductus fuit: & convenire illis saccum, tum „in tegumentum, ne quis agnoscat, tum in argumentum pœnitentiæ. „Possè disciplinam constare 200. aut 300. verberibus, & adhiberi nodosa „& aculeatis stellulis exasperata flagella. *lib. 2. c. 9.* Possè aliquem constitui „immo & munusculo induci qui se pro altero flagellet, suamque flagella- „tionem & satisfactionem alteri applicet. *lib. 2. c. 11.* Disciplinam hanc „esse sacramentalem & partem integram sacramenti pœnitentiæ; adhuc „à confessorio possè imponi, & esse applicationem satisfactionis Christi, & „ex opere operato meritoque Christi effectum suum producere (h. e. gratiam & gloriam) idque ex justitiâ & de condigno, flagellatoremque Deum „sibi facere debitorem. *Ibid.* & sanguinem illum in flagellatione effusum „peccata expiare, regnum diaboli potenter destruere, vitam æternam mereri. *cap. 8.* Disciplinam quam quis facit extra statum gratiæ quamvis ex „opere operantis neque ad meritum neque ad satisfactionem valeat, „non carere tamen penitus omni fructu, &c. Vide reliquas blasphemias „*cap. 8.*

DE HOMICIDIO ET LEGIONE SUI IPSIUS, &c. 263

Cum bimembris sit hæc controversia, duabus thesibus eam determinamus. *Prima*, flagellationem illam esse illicitam. *Secunda*, multo magis abominandam esse, cum pro alio præstatur.

Pro priori thesi adferimus ista argumenta. 1. Arg. Quia est species *ἀνθρωποκτονίας* & vetatur sexto præcepto, & *Ephes.* 5. &c. vide argumenta supra contra *ἀνθρωποκτονίαν* allata. 11. Quia specialiter repugnat *Levitic.* 19. 28. carnis aut cutis scissio, & dilaceratio per flagella & aculeatas stellulas. 111. Quia omnis membrorum mutilatio & sui ipsius læsio est prohibita, ut quidem nobiscum statuunt Casuistæ Papales: & merito culpatur ab illis Origenes, quod seipsum castraverit, quamvis illud ad gloriam Dei & studio continentiae, fecerit. Nulla autem dispar ratio dari potest inter læsionem partis dissimilares seu membri, & similares, puta cutis. 1v. Ex absurdo consequenti, quia sequeretur eadem consequentiâ posse aliquem in signum poenitentiae & ad satisfactionem pro peccatis carnem suam ita crucifigere sive flagellis, sive ferris, sive aliis instrumentis, ut mortem sibi adferat, saltem inutilem se reddat rebus in ecclesia aut politia & familia gerendis. v. Quia quod ad materiale suum est superstitio & *ἑτεροδωξία* verbo Dei ignota; immo ei repugnans *Col.* 2. 23. cum 1 *Tim.* 4. 8. in specie adversatur doctrinæ de Resipiscencia: de quâ nostri suo loco. Neque enim inter actus ejus 2 *Cor.* 7. 11. cum *Joel.* 2. 12. 13. *Psal.* 32. & reliquis poenentialibus compareret spontanea flagellatio. Adeo ut impudenter Regem Angliæ Henricum II. poenitentem scil. jussu legati Pontificii, Episcopi ter, & singuli monachi (qui erant 80.) quinquies virgis percusserint, Vide *Baron. ad ann.* 1174. n. 5. Et perperam *Richardus* ejusdem Angliæ Rex *capitulo Monachorum* verberibus se subdiderit, imitatus in eo redemptorem, qui dorsum suum dedit ad flagella, ut loquitur continuator *Sigeberti Robertus de Monte ad annum* 1157. Et improbè *Baronius ad ann.* 1056. laudet Annonem Episc. Coloniensem, quod Imperatorem Henricum durissimis verborum plagis afflixerit. vi. Quia quod ad formale suum blasphemum est in flagellationem & sanguinis effusionem Christi, in quâ plena expiatio & satisfactio *Jesa.* 53. 4. 5. 1 *Petr.* 2. 19. 20. 21. 1 *Joh.* 1. 7. vii. Quia originem habet omnis illa sanguinis effusio ex diabolo; qui nidore sanguinis humani in cultu suo semper delectatus fuit *Psal.* 106. 37. *Dæmones*, inquit *Lycanus* in 1 *Reg.* 18. *delectantur in sacrificiis sanguine hominis, qui est nobilissima creatura ad imaginem Dei facta.* Et specialiter talis sanguinis effusio exercita fuit à *Baalitis* 1 *Reg.* 18. Judæis idololatri, Hæreticis Circumcellionibus, &c. imprimis à Gentilibus, Lacedæmoniis (de quorum *Ἀγαστιώτης* *Tertull.* ad martyr. c. 4. & in *Apologetico* (sub finem; *Lucianus dial.* *ἑτεροδωξίας* *Plutarch.* de *Lacedæmon.* insit.) & sacerdotibus Cybeles (de

quibus *Tertull. Apol. c. 25. & adv. Marcionem lib. 1. cap. 13. & Apul. lib. 8. Metamorphos.*) Denique à Turcicis Dervisiis, de quibus *Bellon. lib. 3. observat. c. 21.* Adeo ut lac lacti non sit magis simile, quam flagellatio Papistica Ethnicæ: Quid? illa huic ortum suum debet; quod fatetur *B. Rhenanus in annotat. ad Tertullianum ad Martyr: Istius Aegyptiorum vestigium videas apud Italos in litanis. Polydor. Virgil. de Inventor. lib. 7. c. 6.* ait, à Romanis Lupercis institutum hoc societatis seu confraternitatis flagellantium (qui Ninivita dicuntur) esse acceptum. Et si longius liceat hujusce verberationis originem querere, ab Ægyptiis mutuo sumtum esse.

V1. *Argum.* Quia nova est hæc *damnosa* antiquitati & patribus ignota, quæ sub sæculum undecimum privatim exerceri cœpit, à Petro Damiano epistolis decantata teste *Baronio ad ann. 1056.* quas epistolas cum tract. suo edidit *Gretserus.* Sæculo vero 13. publicâ grassata est secta flagellantium; sed ab ipso Papatu minime approbata: quin etiam per Papam Clementem v. suppressa & à celebri Doctore Joh. Gerson peculiari tractatu traducta: quem vide *Oper. part. 1. tract. 22.* Ex nostris supersticiosum illum furorem tangunt *Hospinian. de Festis Gentil. p. 153.* imprimis de Monachis *cap. 30. & Plesssei Myster. ad ann. 1055. & 1282. Rivetus in defensione Mysterii Plessiaci c. Confectellum part. 2. sect. 49. pag. 451.* Idem in Jesuita vapulante *cap. 17. Molineus in Hyperaspiste c. Sylvstrum de Petra sanctâ lib. 1. cap. 29.* Qui idem in Novitate Papismi, Quod autem *Gretserus lib. 2. cap. 4.* excipit non flagellationes publicas, sed sectas illas flagellantium prohibitas: ex eo refutari potest, quod Gerson tractatum suum direxerit non contra sectarios, sed contra omnes, qui se ipsos flagellant (ut notat idem *Gretser. c. 5.*) Quod non fecisset absque censurâ, siquidem disciplina hæc fuisset Catholico-Romana. Novitatem tacite consentitur Pontificii, cum nulla ex antiquitate testimonia, nulla exempla ostendant. Antiquius exemplum non adfertur, illo Petri Damiani, quo autore vel propagatore, laudabilem hunc usum introductum scribit *Baronius ad ann. 1056. §. 7.* quin ipse *Gretserus* hujus causæ quasi Atlas, exemplis flagellationem suaturus incipit à Dominico, non quidem flagellante, sed loricato. Similis ferreæ & loricate satisfactionis non sine præconio meminit, ex *Henrici Sedulii Minoritæ* descriptione Mariæ Trajectensis ad Mosam *Augustinus Wichmans lib. 1. Brabantiae Marianæ cap. 8.* „Multi (ex religiosa processionis circuitum consicientibus) à capite usque ad genua, ferreis armis nuda corpora tecti, etiam in genibus repentes, totum illud & quidem non breve iter processionis, conficiunt, & ferreas subinde gravi pondere catenas pedibus illigatas trahentes. Et paulo post pag. 113. Recensiti anno 1608. octuaginta, sex, poene omnes faculas gestantes corpora nuda ferreis armis induti à capite

capite usque ad pedes. Capita ferreis galeis muniebantur: pectus & brachia ferreis thoracibus, & brachialibus; crura & tibiæ, ipsi quoque pedes panopliâ militari, qualis esse solet æquitum in acie pugnantium: plerique dextro quoque pede catenam magni trahunt ponderis, quo procedant laboriosius. Subligacula linea, quæ naturam tegebant, fluentem largiter ostendebant sanguinem ex morsu armorum. Nec facile quis credat quam multis sanguineis guttis via, quâ processio tendebat, spargeretur. Alii herbas, frondes, flores oculis & odori jucundos, Christo jaciebant & ejus matri: isti (quod habebant pretiosissimum) sanguine suo viam purpurbant, quo peccata eluerent, & flammæ ignesque gehennæ sopirent. Hos Lectissimos milites velut cohortem Prætoriam, Magistratus urbis sequebantur, &c. *Ibid. paulo ante retulerat*, Esse Trajecti ad Mosam *sodalitium flagellantium*, qui saccis operiti, recta facie, pedibus nudis magnâ pietate, pulcroque exemplo supplicationem cohonestant, viri, adolescentes, pueri.

VII. *Argum. ad hominem* 1. *quia* tria opera satisfactoria seu pœnalia olim solent numerare orationem scil., jejunium, eleemofynam. De quibus in 3. part. *select. diss. tit. de Indulgentiis*. Ubi ergo *ἀποκατάστασις*? 2. *quia* Clericis saltem debebat esse illicita; quibus interdictum est omni sanguinis effusione sub pœnâ irregularitatis: de quo Caluistæ in voce *Irregularitas*. 3. *Quia* inter ipsos nondum constat de certitudine hujus disciplinæ: ut rursus videas Proteum Romanum, fidem non fidem, hoc est vertiginem. De *Gersonis tract.* qui exstat part. 1. jam diximus; cum quo conferri debet epistola ad quendam Vincentium Dominicanum dicto tractatui subjecta. Quamvis autem Gersonem refutare conetur Gretserus, nondum tamen vidimus decisionem Romanam.

Affinis est ἀποκατάστασις, illa flagellatio, quâ quis sive volens & sponte, sive nolente animo ab alio ad expiationem peccatorum affligitur. Prioris exemplum habemus in monachis cœnobii Cassinensis, qui jubente *Petro Damiano* post expletum officium divinum mutuâ se scoparum purgatione purgabant (apud *Baronium an. 1056. §. 7.*); & in mulieribus ac virginibus Brugenſibus, quæ non seipsas, sed quas plane nudas *Cornelius Adriani Minorita* domo Dordracenus, (inde toto Belgio dictus *flagellator*, vernaculè, *Buer Coznelis de Geesselaer*) leniter flagellabat. Etiam in ordinibus flagellantium diverso colore distinctis, qui anno 1583. larvati per urbem Parisiensem procedentes terga flagellis sibi concidebant referente *Thuano histor. lil. 78.* ubi etiam novam illam superstitionem damnat, tanquam instantes regno calamitates portendentem. Denique in Jesuitis illis, qui ut homines à Bacchanalium insanis & limphaticis grassationibus abducerent,

in media Corybantum agmina se conjiciebant, terga sua crudeliter flagellantes: uti refertur in Primo sæculo societatis Jesu lib. 3. cap. 9. Posterioris exempla dederunt Rex Angliæ Henricus 2., qui quinquies ab unoquoque episcopo, ter à singulis monachis (qui numero erant 80.) virgis cæsus fuit. *Baron. ad ann. 1175. §. 5.* Et Imperator Henricus 2. durissimis verberum plagis affectus. *Idem ad ann. 1056. §. 7.* Et Franciscani illi Parisienses quos nuntius Papæ anno 1582. non sine aliquâ sustigationis specie, ab excommunicatione solenniter absolvebat: quod tamen à Rege Henrico 3. & Sænatu Parisiensi publicè improbatum fuit; referente *Riveto in Jesuitâ vapulante cap. 17. ex Pauli Foxii epistolâ, lib. 2. epist. 39.* Adde, si placet, plagulas illas, quibus Clemens VIII. percutiebat, non percutiebat Henricum IV. in procuratore & mandatario ipsius *Perrono.*

§. 9. *Secunda thesis* negans flagellationem pro aliis ita probatur.

i. *Arg.* Quia pœnitentia pro alio, & satisfactio pro alio in foro conscientie tam ignota est sacris literis, quam fides pro alio.

ii. *Arg.* Quia cum sit medicina spiritalis secundum ipsos, deberet applicari illi, cujus anima sananda est, hoc est ipse in proprio corpore castigari *Rom. 2. 6. Gal. 6. 5. 2 Cor. 5. 10. Psal. 49. 8. 9.*

iii. *Arg.* Quia translatio illa & imputatio alienæ castigationis est injuria, in imputationem passionis & obedientie Christi; quam tamen nobis imputari in negotio justificationis maximè paradoxon & hæreticum ipsis videtur; quamque ideo sarcastice *justitiam* putatitiam appellare solent.

iv. *Arg.* Quia est crassa simonia, cum pauperem quendam pretio conducunt (quod Romæ hodie non infrequens) qui pro ipsis se flagellet. Exceptio autem per distinctionem *motivi* & *pretii* simoniam non tollit: Nam eodem halitu nulla diceretur simonia, nulla emptio & venditio: siquidem omne pretium ratione venditoris nihil aliud est quam motivum.

v. *Arg.* Quia omnis talis castigatio, pœnitentia, absolutio peracta in conductio substituto, aut procuratore (quomodo *Perronus* pro Henrico IV. à Papa Clemente VII. plagas accepit, ut illi objicit *Molinæus in Novit. Papiæ*) pœnitentiam in ludibrium & comœdiam transformat, non minus ac facinorosus ille dictus Adamus, qui Halberstadii die cinerum omnium peccata portare solet, & propterea templo aliquamdiu ejici, deinde absolvi: ita ut expiatio ejus & criminum purgatio in omnes cives redundare crederetur. De quo videndi *Volaterranus Geograph. lib. 7. Belleforestus lib. 3. historie Mundi, Beatus Rhenanus, Alciatus, Hospinian. de Festis Christian. pag. 47. Chemnitius Exam. Concil. Trid. part. 4. pag. 120. in primis pag. 270. edit. in octavo.*

vi. *Arg.* Quia incertæ autoritatis etiamnum inter ipsos est disciplina flagellifera.

Dispu-

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 267

Disputant *An aliena hac satisfactio valeat ex opere operantis, an vero ex opere operato. An si mercenarius & vicarius ille flagellator non sit in gratiâ, flagellatio illa conductura sit conductori.* Et quomodo quæso conductor certus esse poterit conductum illum esse in gratiâ? Fr. Zwarez in 3. tom. 4. disput. 38. lect. 9. *Hunc modum satisfaciendi per alios, ait, non esse in Ecclesia adeo usitatum, nec ad finem sacramenti pœnitentiæ adeo expedientem, quia talis satisfactio deservire non potest per modum medicinæ, nec ipsa ratio satisfactionis satis certa est.* Et tamen glossa ad c. presbyter dist. 81. sic determinat: *denarium potest dare ut se redimat à jejunio, ergo multo fortius per alterius jejunium potest liberari.*

VI. Arg. Denique nullum mandatum spontaneæ flagellationis, nulla exempla Apostolorum, aliorumque sanctorum in scripturâ comparent. An ergo Christum, Apostolos, Evangelistas, Ignatium, Polycarpum, Justinum, Irenæum, Cyprianum, &c. simileſque Christi martyres, etiam austeræ vitæ cultorem atque alterum Eliam Johannem Baptistam, zelo pietatis, & carnis cum affectibus crucifixione, flagellantes Papistici superabunt? *His non obstantibus* Sylv. Petra sancta pag. 158. vicarias has satisfactiones necessarias censet. *Exceptiones & rationes ejusdem Jesuitæ, nec non Gretseri, & Drexellii pro flagellationis disciplinâ & pro vicariæ flagellationis imputatione partim stultæ, partim horribiliter blasphemæ sunt: inter eas eminet illa, quâ cum vicariis flagellantibus comparatur Christus, qui vulneratus est propter iniquitates nostras.* Dictus enim *Jesuita Sylvester de Petrà sanctâ* Molineum in epistolâ ad Balzacam eos qui Romæ pro aliis se flagellant, carpentem arguit, ac si per necessariam consequentiam negasset vim & efficaciam mortis Christi. Poterat simili consequentiâ probare, mortem pro alterius peccatis, aut ad reconciliationem aliorum cum Deo, sponte consciscendam: quia Christus loco nostro mortem pro peccatis nostris expiandis ab aliis violenter illatam ex caritate erga nos & ex religione absque obedientia erga Deum subiit ac passus est. Vide *Joh. 15. v. 13. & Philipp. 2. v. 5. 9.* Majoris enim fortitudinis & caritatis esset mortem pro aliis subire, quam plagas, vibices, vulnera. Et quidni factum Curtii in hiatum insilientis (apud *Livium lib. 6.*) & complurium aliorum, qui mortem ex præsumtâ religione sibi intulisse leguntur, magis laudetur, quam spontanea pro aliis flagellatio: siquidem mors πῦρ τοῦ φοβεροῦ φοβερότερον. *Majorem charitatem nullus habet, quam istam, ut quisquam animam suam deponat pro amicis suis Joh. 15. v. 13.* Novum ergo martyrum ἀνολόγων martyrologium, ex superioris & præsentis sæculi itinerariis consarcinandum esset. Apud Japonios in festi cujusdam annui celebratione & frequentissimo hominum ad templum concursu, quidam ex devotione se solent prosternere & pedibus concurrentium concul-

candos præbere. Apud eosdem dicti *Jamabuxi*, qui directi sunt cultores dæmonum, post multas vigilias, abstinentias, aliasque mortificationes, scaphâ conscensâ mari se committunt, eaque terebrata, aut ponderosis lapidibus sibi alligatis, ex scaphâ in mare insiliunt, & seipso submergunt. Ibi dem alii antro se inclusos fame enecant: alii ex altissima arce se præcipitant: In *Pegu*, *Narlinga*, *Negapaton*, *Chormandel*, aliqui voluntariò rotis curruum, quibus idolum vehitur, se conterendos subjiciunt. In *Munay* quæ insula est regni *Pegu*, dicto *Rolim*, hoc est, sacrorum Pontifici maximo defuncto, sex nobiles ex ordine sacerdotum, hausto publicè liquore venenato mortem sibi consciscunt, parentant. Iisdem in locis & in *Siam* & *Ghusuratte*, ex religiosi & anachoretis dictis *Jogys*, multi post vitam austera se præcipientes dant, aut per discipulos suos se necandos curant. Alterius ordinis religiosi sectarii idoli seu dæmonis dicti *Godomem*, assiduo in montibus inclamant suum *Godomem*, donec mortui concidant. Religiosi dicti *Taxilacons*, lustris seu antris undique arctissimè obturatis seipso inclusos suffocant. Ex sacerdotibus dictis *Bramines*, in processionibus diabolicis salrantes se cultris certatim immaniter vulnerant. Alii uncis humero impactis, quasi tollene in altum tolluntur, arque illic aliquamdiu detinentur. Alii frustra carnis ex corpore sibi exciunt, & idolis suis projiciunt. Ne dicam de illis, qui ut defunctis suis dominis, maritis, &c. tanquam fidi Achates semper adsint, & in alterâ vitâ inserviant, in ignem insiliunt, aut ventrem sibi scindunt, aut pugionem in pectus adigunt, aut jugulum solvunt. Atqui hi *ἑλεθρονεία*, & putatitiâ suâ devotione, fortitudine, caritate, omnes Pontificios flagellantes & mortificantes longè superant.

§.10. Absolutis Controversiis principalibus, problemata aliquot hic exhibeo.

I. Probl. An omnes *ἀσολογῆται*, nemine excepto, simpliciter sint damnati? Resp. Videtur hoc affirmari ab Origene lib. 2. in *Jobum*, & est ea apud multos passim popularis opinio. Nos neg. Et ratio est, quia nec est peccatum in Spir. S., nec dici potest semper cum finali desperatione aut impenitentia conjunctum esse. Fieri enim potest, ut resipiscant aut actuali resipiscencia post illud factum, aut saltem (siquidem temporis angustia obstat) ut non sint absque omni resipiscencia generali & habituali, & quod præcesserit resipiscencia actualis pro futuro, quam innuimus in *Thersite* nostro & *Baldwinus* pag. 727. Et hoc ira statuendum esse suadent inter alia, piarum sceminarum *ἀσολογῆται* apud Niceph. lib. 7. c. 12. *Ambros.* lib. 3. de *Virgin.* *Augustin.* de *Carit. Dei* lib. 1. c. 16. & 26. quæ Zelo Dei, sed non secundum scientiam, manus sibi intulerunt: adde & navales nostros, & si qui alii sint mi-

nimè

nimè mali, qui vehementiâ doloris aut melancholiæ aut tentationis abrepti, aut errore seducti culpæ huic affines sunt. Et est hæc sententia Augustini quamvis l. 26. videatur contrarium statuere. Sed dum Pelagiam aliasque virgines non condemnat, nec tamen peculiarem Dei afflatum illis tribuit, tacitè huic nostræ sententiæ subscribit. Est & eorum Theologorum, qui Simonis factum *αυτοφονίας* condemnant, ipsum tamen à salute non excludunt juxta *Hebr. 11. 32.* Saltem de iis, qui in profundæ melancholiæ paroxismo sibi manus intulerunt, aliter judicare non possunt autores supra cit. qui in hoc casu melancholicos conjungunt cum phreneticis: quales *Melanthon, Phil. Haenen, Alstedius, &c.* Huic sententiæ accedit *Melanthon in epistolis à Manlio collectis pag. 150.* Et *Lutherus* olim in publicâ prædicatione aperte eam defendit, teste *Mich. Rothardo Mulhusino in tract. cui tit. Crux Saulitica pag. 114.* Adde *Balduinum lib. 3. cap. 4. ca. u. 14.* Et *Georgium Abotum in lectioninibus ad Jonæ 1. Anglicè.* Confer supra S. 2. & nostra *Exercitia pieratis cap. 20. pag. 553.*

II. Probl. *An si Magistratus capitali sententiâ in nocentem latâ mandet ipsi executionem, parendum sit?* Resp. Ita quidem fieri solet in Japoniâ, ut Illustribus personis pugio mittatur, quo se perfodiant: & olim apud Romanos sub Tiberio, Nerone, Domitiano si quis mortem præoccuparet, manebant testamenta, & iuxta funeris. Et Massiliæ venenum cicutæ publicè custodiebatur, &c. apud *Valer. Maxim. lib. 2. c. 6.* *Plato lib. 9. de legibus* non improbat; & defendit *Lipsius dissert. 23.* ubi addit, se nescire quid Theologi (Pontificii scil.) statuunt & audire se scholarum dissensionem. Nos contra negamus, rationibus contra *αυτοφονίαν* adductis subnixi: contra quas ut & contra ullum Dei præceptum, nullam facit exceptionem mandatum & potestas Magistratus: ut videre est *Act. 4. 19. & 5. 29.*

Nam quod objicit: *lex & Magistratus occidit, cur non tali & tali modo, vel manu.* Resp. Quid si mandet filio ut patrem, uxori ut maritum, matri ut proprium filium capite plectat? An. parendum? Imprimis si injusta sit sententia in innocentem, aut specialiter propter fidem Christi lata. Jam vero homo sibi ipsi propior, quam filius patri, &c. Reliqua quæ addit, sunt meræ rhetoricationes, non rationes. Theologi Negant, posse aliquem parere, si condemnetur ut venenum ad bibendum sibi ministret, aut pugionem in ventrem adigat, aut seipsum suspendat, aut linguam sibi amputet, &c. Sic *Azor. tom. 3. lib. 2. c. 3. ex Soto, Covarruvia, &c.* Sententiam eandem defendit ante annos aliquot *Lugduni Batav. πολυμαθὴς J. C. Petrus Cunaus in Corollar. Disput. alicui Politicæ subjecto.* Eandem habet eximius philosophus *Keckermann. Disput. pract. 23. quæst. 30.* ubi ex professo Lipsium oppugnat. Eandem sententiam *Joh. Aïdus Scotus, Keckermani* in eadem

270 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
cathedrâ Philosophicâ successor defendit in *disp. de Magistratu* 8. Aprilis
1612. thesi 59.

III. Probl. *An auctoritas directa aut indirecta damnari possint pii & fideles illi, qui parentes, uxores, propinquos, cognatos, amicos peste laborantes, occasione & necessitate ita ferente, invisiunt, & tum in spiritualibus tum in temporalibus auxilium ac ministerium iisdem præstant; atque inde peste correpti moriuntur?* Resp. Neg. Theophilus Raynaudus libri peculiaris de hac quæstione anno 1630. titulo tale quid præscribente contendit esse eos *verè, pressè, non laxè Christi martyres*. Philibertus Marchinus in *bello divino part. 1. cap. 7.* idem multis probare conatur: quamvis non dissiteatur dissentire Gabr. Biel, in *sermone ad Domin. 24. post Pentecosten; Espenceum lib. 3. digress. cap. 19. Vasquez in 3. p. disp. 153. cap. 3.* Quæcunque autem à Raynaudo & Marchino adferuntur, non probant *pressè, verè, stricte, propriè* dictum martyrium: uti iidem in terminis determinarant. Nos relictis illis, dicimus, eos, de quibus quæritur, non magis esse *auctores*, quam sunt fortes ac pii sive cives sive milites, qui iustissimo in bello defensivo honestè periculo, necessitate ita flagitante, se offerunt atque exponunt, in quo pereunt. Vide infra diatribam nostram de Peste.

IV. Probl. *An tempore pestis fugere liceat?* Resp. Hic distinguendum est inter eos, qui vocatione suâ ejusque executione obstricti tenentur (inter quos eminent ecclesiarum pastores); & inter homines liberos illic loci, aut alibi pro arbitrio commorantes. De ministris saltem negandum videtur, per analogicam consequentiam, ex *Joh. 10. v. 22. mercenarius, &c. spectans lupum venientem, & relinquit oves & fugit.* Confer, quæ alibi in 2. *part. polit. eccles. lib. 1.* ubi alios auctores indico: inter quos *Augustinus in epist. 180. ad Honoratum*; cujus lectionem imprimis commendo determinaturis de fugâ in persecutione. Confer & *Diatribam nostram de Peste*: & appendicem sequentem.

* Appendix 1. ad proximè præcedentia problemata.

A Nonymus quis Remonstranto-Socinianus anno 1634. tetigerat hanc quæstionem de fugâ pestis: cujus vanam loquentiam anno 1635. refutavi tract. cui tit. *Thersites Heautontimorumenos sect. 3. pag. 283.* Et annis aliquot post Kal. Julii anno 1637. disputationem de Pestis antidoto spirituali proposui Resp. Jacobo Migrodio; quæ anno 1641. recusa fuit, cum epistolicâ disceptatione de *Termino vitæ* in 8. Et tertio demum recusa unâ cum diatribis Bezae, Riveti, Hoornbeek de Peste, Lugd. Batav. anno 1655. editionem curante Clariss. Joh. Hoornbeek antehac Collegâ nostro. Quamvis
autem

autem sententiam meam in dictâ diatribâ satis explicuerim & defenderim, visum tamen est anno hoc 1666. breviter examinare, quæ a. 1649. in libro tit. *theologi paradoxæ*, Groningæ edito, contra eam allata sunt; si quis forte in dicti libri pag. 227. & seqq. incidat, ubi de fugâ Pestis, & incendio navis disceptatur. Sic ergo opponens

„ Sanè vinculis Hippocratis constringendus videtur, qui & quotidianæ §. 1.

„ experientiæ & medicorum constanti sententiæ, &c. de triplici in Peste

„ contagio per contactum, per distans, & per fomitem tam proterviter au-

„ sit reluctari. *Resp.* 1. Quotiescunque censor ab opinione, quorundam

philosophorum, aut medicorum, aut Jureconsultorum, aut theologorum

divertit; an intentato protervix crimine, & vinculis Hippocratis, sibi occurri

velit? *Resp.* 2. Audio quidem dici, sed nondum probari experienciâ constare

per contagium illud per distans (absque fomite & contractu) Pestes e. gr.

ex Japoniâ, aut Chinâ, aut extremo Americæ angulo, in Belgium & vicis-

sim ex Belgio, in quasvis remotissimas mundi plagas transferri. Explicetur

& probetur hoc contagium, & hoc distans quod ad maximum aut quod ad

minimum tum *quod sic* tum *quod non*; atque unâ, aliter nunquam in aliquâ

orbis parte primum oriri, aut posse oriri Pestem. *Resp.* 3. Ego contagium

per contactum minimè negavi. Nec etiam omne contagium per fomitem:

quamvis omne non percipiam, aut recipiam, quod ab hoc aut illo scrupulo-

so tale dicitur. Neque enim tam præcilius aut curiosus aut subtilis sum, ut

in aureo annulo, aut nummo, aut vitro, aut filo serico epistolum cingente,

ex Indiâ, aut Græciâ, aut Italiâ (si tunc pestis illic grassaretur) Ultrajectum

misso, pestiferum contagium me rimari & deprehendere debere arbitrer. De

contagio per distans iterum dico, nulli solidæ aut cogenti demonstrationi,

sed quorundam nudæ affirmationi, aut levi *συνασμός* subnixum esse.

Quamdiu demonstrationem non videro, frustra medicorum quorundam au-

toritas prætenditur. Nec enim medici alicujus imaginatio norma est indubi-

tata fidei & morum: uti ipse pag. 229. de me loqui amat.

„ Ibidem ad citatum à me *Sennertum* excipitur, falso disputator profe §. 2.

„ citaverat in *Thersite*, ut ostensum ab autore Gymnasii Ultrajecti. cap. 52.

Resp. 1. An ipse *Sennertum* à me citatum inspexerit, non indicat: saltem col-

ligo librum illum anonymi Remonstranto Sociniani tit. *Gymnas. Ultrajecti*.

ab ipso inspectum; quem dicit ostendisse, *Sennertum* falsò à me citatum.

Sed unde novit illum hoc ostendisse, nisi ipse præter vanissimi illius tene-

brionis calumniarum, obrectationum, & ineptiarum centonem, etiam

meam citationem in *Thersite* pag. 286. & *Sennertum* citatum legerit atque

exponderit? Repeto ergo & repono, contagium illud per distans tanquam

specie à contagio per fomitem distinctum à *Sennerto* loco cit. non obscure

rejici.

rejeci. Si enim ad contagium per fomitem reduci potest, non est specie distinctum contagium. Et rationibus evincitur: 1. *quia* semper aëre mediante communicatur, & omnis pestis externa generatur; ita ut semper contactus physicus requiratur; uti disputat Joh. Manelfus Medicus & Philosophus Romanus, & totius ditionis ecclesiasticæ protomedicus generalis, loco cit. Jam vero si venenum pestilentielle à loco aut corpore infecto Romę defertur per aërem ad hominem quem in vicinâ civitate degentem, quidni dicatur contagium illud esse per fomitem? 2. *quia* cum nulla certa distantiae mensura determinatur: quid proderit fuga? e. gr. ex totâ Hollandiâ, aut ex totâ Angliâ in Galliam, immo ex totâ Africâ in Europam, & vel ex toto orbe antiquo in Americam, aut viceversa? quandoquidem venenum per contagium ad distans trans mare transvolare & longissimè fugientem afflare posset. Breviter, non video quomodo tutius à contagio ad distans quis præservari posset, nisi supra omnem aërem in orbem lunæ se conferret. Quod cum possibile non sit, non video hypothesi huic de contagio ad distans, certissimum & promptissimum prophylacticon *ut cito, longè, tardè* superstrui posse. 3. *Quia* nondum determinatum est, an à quolibet puncto regionis, aut civitatis aut domus, aut corporis, aut aëris circumfusi, tanquam termino à quo, per quodlibet interjecti aëris punctum, ad quodlibet regionis aut civitatis aut domus aut corporis humani punctum radiet contagium, & attingat aut attingere possit quodlibet corpus, in quo terminaretur tanquam in termino ad quem: ut sciat fugiens, quam longè, & per quas medii lineas (ita loqui liceat) potissimum & tutissimè cursum capefferet. Maximum *quod sic* aut *quod non*, & minimum *quod sic*, aut *quod non* (exemplo physicorum de quantitate corporis cujusque naturalis philosophantium) distantiae illius, & extensionis seu sparsionis contagii *ad distans*, primum explicandum esset: antequam ob dictum illud contagium *ad distans* evitandum, aliquò aut ultra Garamantas & Indos fugam capeffamus. Si *venenum & inquinamentum* pestiferum juxta medicos. per aërem in vicinas, etiam remotiores terras aut aquas, seu naves in mari deferatur, per quæ & ad quæ loca fugiendum? Quod si pestis ut reliqua (juxta Cardanum lib. 15. de rerum varietate cap. 78.) quasi motu cœli diurno, ab oriente in occidentem procedit: quæ & quam longinqua erit fuga ad distans, ut quis contagio ad distans se subducatur? *Hoc cuique*, inquit Lemnius lib. 4. de occultis naturæ miraculis cap. 17., *per/vasum esse cupio, ubi regionem invasit morbus pestiferus, vel ex aëris contagione, qui omnes indiscriminatim cum nobiles tum plebejos corripit.* Julius Palmarius Constantinus lib. 1. de Peste cap. 6., Pestilentiam ergo aliquando solo jussu Dei, nullis ad eam inferioribus ac secundis causis comparatis aliquando *adhibet aëris perniciem* immittere

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 273
 „mittere potest. Alii à coelo pestilentiae semina in aërem spargi literis pro-
 „diderunt, non quidem à firmamento nec à motu primo, &c. non deni-
 „que à solis obliquo circumactu, sed à certâ permissione syderum. Si ut
 medici Paracelsici volunt, analogia est macrocosmi & microcosmi, astrales
 & spirituales sunt antipatheticæ & sympatheticæ influentiæ; & medicis in
 suâ arte credendum est: si sensus rerum sit, & omnes res in aëre fiant, &
 aër rebus præsentibus & futuris afficiatur, atque à nobis haustus nos divi-
 nare faciat (juxta scriptum phanaticum nonnemi laudatum *Campanella*
lib. 3. de Sensu rerum & magia cap. 9.) Quis terminus erit *res cito*, longè,
 tardè? quis in aëre erit horizon? quis intergerinus paries, ultra quem non
 propagaretur? Ubi poterit designari aer, qui à vicino & tibi continuo aëre,
 pestiferis venenis infecto, simul aut paulo post non inficiatur? *Palmarius*
de morbis contagiosis, lib. 1. de Peste cap. 4. venenum in aëra cœlitus demissum,
morbos Pestilentes verè producit, eosque maximè universales & multis regio-
nibus communes. Vide infra cap. 10. disp. de Peste. 4. Quia, videtur præsup-
 poni à nonnullis hujus contagii assertoribus, quasi nulla Pestis alicubi de
 novo oriri posset, nisi per contagium, illudque vel per immediatum con-
 tactum, vel per mediatum, hoc est, aut *per fomitem*, aut *ad distans*. Sed
 hoc nondum probatum vidimus. Quin ex medicis *Sennertus*, *Manelfus*,
 locis supra, & infra in *Disp. de Peste cap. 10. cit. imprimis & Zachias in quest.*
medico-legalibus lib. 4. tit. 1. qu. 9. Bapt. Codronchius de morb. venef. lib. 1.
cap. 7. & 8. (ubi alii plures medici citantur), concedunt à Deo immediatè,
 aut ab Angelis, aut etiam à cacodæmonibus morbos & pestem immitti pos-
 se. Nos de Angelis minimè dubitamus freti textu *2 Sam. 24.* qui confer-
 ri potest cum *Exod. 12. & 2 Reg. 19.* Haut facile ergo terminum distantie
 & fugæ tali in casu, homines invenirent. 5. *Quia*, si tam spiritualis conta-
 gii *ad distans* disseminatio & penetratio fit per ventorum & aëris commu-
 nicationem (uti sciunt *Sennertus loc. cit. & Folinus in Amuleto Antoniano*
seu tract. de Peste cap. 8.) videretur non absimile fore astralibus, quæ fin-
 guntur, circa unguentum armarium, seu pulverem sympatheticum, sym-
 pathiis, influxibus, & communicationibus. Commentum hoc tanquam
 superstitionem & magiam interpretativam rejicimus, in *3. part. sel. disp. tit.*
de Magiâ pag. 587.-597. ubi videat, cui vacat. *Athanasius Kircherus libro 3.*
de Magnete; ubi de *tarantulâ*, negat venenum tarantulæ inficere per conta-
 gium *ad distans*: addens hoc unicum opliatricæ defendendæ fundamentum
 ab Opliatricis assumi. Si ergo *res ad distans* curationis opliatricæ, quamvis
 ab uno aut altero assertum, absque crimine, absque merito & metu vincu-
 lorum Hippocratis non admittere licet: quidni pariter Pestis contagium *ad*
distans? *Resp. 4.* Dato non concessio, contagio per fomitem, omnia infecta

274 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
esse, usque ad insensibiles quarumvis rerum poros, usque ad minimas sive particulas sive atomos, usque ad minima & atomica effluvia inde ad nostrum orbem, nostram urbem, nostram domum, nostri corporis superficiem per aërem, per ventum, per astrales influxus deferenda.

Indetamen non sequitur, quemlibet cito longè debere aut posse fugere; etiam pastores cujusvis ecclesiæ, etiam quosvis patres & matres familias, etiam munerarios publicos, etiam præfectos civitatum, etiam milites præsidarios, etiam excubitores; etiam ex navibus nautas, socios navales, navarchos.

§. 3., Quod simul multis piis in Gallias (legendum arbitror in *Galliis*) adhærentibus hæc in parte, & quoad politiam externam prudentibus medicorum consiliis, quibus in sua arte credendum, dicam scribere neglectæ ideo fiduciæ in Deum & caritatis in proximum: ut sub augustis illis nominibus feritas & barbaries Turcarum, qualis describitur à *Busbequio Turr. legat. epist. 4.* Christianis obrudatur. *Resp. 1.* Repono à me anno 1637. dicta in *disp. de pestis antidoto spirituali*, quæ eadem anno 1641. & a. 1655. denuo edita: ubi cap. 6. controversam quæst. sic propono: „An ab omnibus prophylacticum illud fugæ juxta medicorum symbolum (quod patrum Christianum appellat Lavaterus, ejusque interpretes Latinus Joh. Pontifella) cito, longè, tarde, simpliciter sit adhibendum, quippe quo nullum auxilium præsentius certiusque. Hoc ipsum si à Medicis quibusdam extra Dei, conscientiæ Christianæ, moralium virtutum respectum ita simpliciter affirmatum fuerit, aut affirmetur; nos cum omnibus, ut opinor theologis & medicis Christianis, negamus.

Hujus assertionis antithesin in terminis si censor proposuisset, eamque rationibus firmasset, utique materiam examinis nobis exhibuisset. *Resp. 2.* Quæ de feritate & barbarie Turcarum à medico experientiss. in præfat. dedicat. anno 1636. Leidæ cocta, anno 1649. recocta apponit, ego Kal. Julii anni 1637. in *disp. citata infra inferendâ, de Pestis antidoto spirituali* satis superque excussi in conspectu, quod incipit, *Si Egyptii & Turcæ, &c.* Reliqua quæto lector inspiciat.

Quæ præmitto §. 6. dictæ *disp.* omnem ejusmodi cavillationum occasionem satis præscidisse videntur. Non est hic, ajebam, controversiæ status, nec ab adversariis disputandum: *An pestis sit mala? an sit morbus periculosus; an plerisque præsentissimum afferat exitium; An periculum sit fugiendum; an vero absque necessitate adendum, non absque Dei tentatione; An sit ali-quod contagium in rerum naturâ, & an sint morbi contagiosi, & inter eos pestis?*

Puderet multos apertè & directè sententiam nostram modo propositam
op.

oppugnare, & antithesin tueri: itaque per fallaciam *ὑποζήτησις* aut aliam quam artem, aliquid fingendum est, quod sarcasmo, aut alio quovis colore, coram imperitis exagitari possit. *Henochus Clapham* concionator Londinensis conqueritur, in libello anno 1604. *Resp.* 2. Pios, si qui partibus & consiliis quorumcunque medicorum adhæreant, & uxores, maritos, parentes, liberos, ipsorum cura, auxilio, ministerio, in corporali, aut spiritali necessitate indigentes, insuper ipsorum præsentiam & assistentiam impensè desiderantes atque inclamantes (exempla nunquam non, præsertim inter mediculosos & dubitantes Pontificios, se offerunt): ego ideo pios denominandos, aut factum hoc ipsorum revera pietatem, caritatem, fiduciam in Deum esse pernego: quamvis cætera pii essent, aut audirent. Simili ratione, seu amplificatione, dici posset neglectæ ideo fidei, aut caritatis dicam à me & omnibus mihi *ἐκφύφους* scribi multis piis in reformato jam ab a. 1530. Christianismo, qui sensu & praxi suâ non adhærent sententiæ nostræ de choreis gynæcandricis, de actionibus scenicis, de Christi manducatione corporali in cenâ, de crucis signo in sacris adhibendo, de veste candidâ ministrorum in sacris, de altaribus, de diei unius ex septem & quidem primæ, quæ dominica dicitur, observatione, de lusu alexæ, de mendacio officioso: quod postremum una cum æquivocationibus & mentalibus reservationibus, idem ille Remonstranto Socinianus blatero ad cujus libri *cap.* 52. opponens hic provocat, ex scripturâ & rationibus defendere conatur *cap.* 35. *Resp.* 3. Si juxta Aristotelis regulam topicam (axioma enim aut principium aut *ἡ ἀρχὴ τῆς ἀληθείας* non est) *artifici in suâ arte credendum est*, utique non medicis; sed theologis & Ethicis credendum est: ad quorum artem, non ad medicam, pertinet determinatio quæstionis moralis, seu casus conscientiæ, An viro honesto & forti, vel an pio Christiano, ut periculum & occasionem contagii pestiferi evitet, absolute & semper fugiendum sit, & quidem *citò ac longè*, & tardè revertendum sit: non obstante peculiari vocatione ac functione (e. gr. ministerii ecclesiastici aut præfecturæ urbis, dum illa ab hostibus obsideretur aut eidem obsidio paratur); aut communi caritatis lege, quâ ad auxilia & opera misericordiæ maritus uxori, & uxor marito, liberi parentibus, parentes liberis, fratres & sorores fratribus & sororibus, amici amicis peste infectis aut alia aliquâ in necessitate constitutis, sed in regione aut urbe, quam pestis intravit, degentibus, præstanda obligatur: præsertim cum ab aliis, etiam ab amicis deseruntur, aut improborum, infidorum, ebriosorum plerumque tum ministrantium (vernaculè dictorum *Schrobsters & Pest-Schrobbers*) tum crudeli pollinctorum misericordiæ & insidiis exponantur; à quibus tam multa tempore majorum patrata didicimus, quæ animus meminisse horret. Ne quid dicam de operibus misericordiæ

276 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
 etiam ignoto, etiam inimico, tali necessitate ita ferente, juxta parabolam Samaritani *Luc. 10.*, præstandis. Considerentur loca Scripturæ & argumenta in disp. meâ de pestis antidoto allata, ut *Math. 25.* 1 *Joh. 3.* &c. Quibus adde quæ de mutuâ caritate & fide maritali & uxoriâ *Genes. 2.* cum *Ephes. 5. v. 2 1.* 33. caritate parentum erga liberos 1 *Tim. 5. v. 8.* *Jesa. 49. v. 15.* Et liberorum erga parentes 1 *Tim. 5. v. 5. 6.* Dicant aliqui medici, aut potius empirici, si non stupidi mulo-medici, quales plerumque grassante peste in agris & oppidis adhiberi solent, inclament usque ad raucedinem, unâ cum mercenariis ministris aut ancillis laborantium, *procul ô procul este*; quia pessimus & periculosissimus ignis grassatur: non tamen efficere poterunt, ut à lege divinâ & naturali exempti simus, aut conservatio nostri ipsius omnis honesti & bonitatis moralis, principium, radix, ac mensura sit habenda. *Quod medicorum est, promittant medici, tractent fabrilis fabri.* Nautis, militibus, pictoribus in suâ arte non minus credendum est, quam medicis; in omnibus scil. in quibus limites suos non excedunt. Sed si miles præmissâ hypothesi, quod militia tutissime & prudentissimè hic & nunc taliter geri posset; una consulat, ut bellum hic & nunc extra justam causam & necessitatem suscipiatur: an artificii in suâ arte utrobique credendum esset? Non arbitror: quandoquidem determinatio posterioris ad theologiam & philosophiam practicam, seu ad doctores juris divini & naturalis, non ad artem militarem aut milites quâ tales pertinere credendum est. Similiter artificii pictori in suâ arte credendum est, si instruat discipulum quomodo facies senis pingenda sit: sed illi minimè credendum est, si discipulo suaderet, Deum patrem formâ senis depingere. Hic enim artis pictoriæ limites excederet. Ne à medicorum arte recedam, si quem coelibem à lento & periculosissimo morbo liberari posse judicarent per concubitum cum muliere; An remedio illo uti liceret, & cum Ignatio Lojola (de quo supra in disp. de Cœcâ obedientiâ) supererogatoriam obedientiæ aureolam decerpere? Posse autem tales casus in utroque sexu incidere, ut remedium morbi sit concubitus, docemur à Medicis. Videatur Hippocrates lib. de morbis virginum. *Joh. Tibaut* medicus Gallus in *thesauro remediorum pro morbis sæminarum*, Gallicè Paris. 1597. lib. 1. cap. 22. *Christoph. Wurtzlingh* in *praxis universalis part. 3. cap. 6. §. 3.* legitime ineundum conjugum consulunt: non vero absolute & simpliciter antidotum concubitus præscribunt. *Baldwinus Ronsew* Medicus Goudanus in centonibus de humanæ vitæ primordiis cap. 30. „Quare, inquit, præsentissimum fuerit remedium hujusmodi malo obnoxias maritale jugum subire, &c. *Miscere mulieri quibusdam voluptas est, medicorum etiam pueri corporibus utile ferunt*; ait *Ambrosius* *epist. 66. ad Paternum*. Inter medicorum filios *Septalius* ad *Aristot.* promittit.

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 277

blem. sect. 3. concubitus usum ejusmodi agnoscit. Medici Romani *Michaeli Verino*, editis distichis moralibus non incelebri, coitum suadebant: sed ille non admissio hoc antidoto post semestrem morbum anno ætatis decimo octavo obiit. Audi illum sub finem distichorum, ad Paulum Roncileonem de medicorum consilio:

Promittunt medici coitu mihi Paule salutem:

Non tanti vita sit mihi certa salus.

Et proximè præcedenti disticho ad Petrum hortantem, ut salutem recuperet, posita virginitate

Cur Petre virgineum hortaris mihi ponere florem.

Non faciam: vel si hoc certa paranda salus.

Ejusdem Verini laudes in epigrammatibus decantat Politianus:

Verinus Michael Florentibus occidit annis:

Moribus, ambiguum, major an ingenio. &c.

Sola Venus poterat lento succurrere morbo:

Ne se pollueret, maluit ille mori.

Si qui medici Itali & Galli præscribendis prophylacticis, & methodo fugæ loquerentur cum Gulielmo Gratarolo medico Italo, qui relicta Italiâ Basilicæ sedes fixerat, & cum Joh. Antonio Saraceno, & cum præstantissimis nostris Medicis Ultrajectinis; utique verbum non faceremus.

„ Sic enim Gratarolus lib. de peste pag. 88. 4. Utilissima sunt illa adverbia,
„ cito, longè, tardè. Quod qui facere non queunt, aut Christianâ caritate affecti nolunt, curent imprimis habitare loco perspirabili, &c.

Johannes Antonius Saracenus, qui praxin Genevæ exercuit in tract. de peste cap. 6. p. 1. 5. 6. „ Sed hæc adhibenda cautio, ne præsidium in fugâ totum
„ statuatur, quasi salus inde tota penderet, &c. Sed in cavendo periculo iis
„ rursus, hæc adhibenda cautio; ne dum sibi ipsis consulunt, eos quibus
„ adesse, quosque charos habere tuerique debeant, desertos esse patiantur,
„ veluti obliti vocationis, quæ publici quidem muneris ratione Magistratum,
„ pastores ecclesiæ, stipendia publica merentes medicos & chirurgos,
„ &c. propinquitatis vero ratione conjuges, cognatos, & affines merito retinere videtur, &c.

Medici Ultrajectini in antidoto a. 1636. edito, evitacionem peste infectorum suadent, sed cum hac limitatione: *quantum Christiana misericordia seu sympathia permittit.* Optimè. Et probè memini primarium inter ipsos, qui hodie per Dei gratiam superstes est, exemplo suo consilium suum paulo post confirmasse; cum dilectum filium ex morbo illo decumbentem, & tandem defunctum neutiquam desereret, non obstante, *non cito, longè, tardè*, & munere Academico, ac frequentissimâ praxi quotidianam & necessariam ejus

278 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
operam postulante. Adde & hoc ex arte medicâ quod vivorum hominum
sectiones, absolutè & in se consideratâ plenius, certius, evidentius, philoso-
phis & medicis non pauca naturę arcana perlustranda exhiberent: sed ut
ideo à medicis peragatur, nemo sanus suadeat: nisi medici, carnificis partes
circa iustissimè damnatos obire velint; quę tamen ipsorum anatomia ab
immani crudelitate absolvi non posset. Scio, inquit Laurentius lib. 1. ana-
tom. cap. 9. *veteres quosdam, ut Herophilum & Erasistratum, damnatos regum
permissione, vivos secuisse, quod etiam nostro sæculo fecerunt Carpus & Vesalius
Sed impium hoc & plane inhumanum judico, &c.*

S. 4. Sed noster debuit & in hoc asserto paradoxo celeberrimorum nostrâ-
rum ecclesiarum theologorum sententię constanti *de fugâ in peste refraga-*
ri; quam defensam videbis in dissertatione Theodori Bezae *de Pestis contagio &*
fugâ, eique annexâ Cel. Riveti *eiusd. argumenti epistola*, quę prodierunt
Leidæ anno 1636. procurante experientissimo medico DD. Vorstio, eas-
que inscribente admodum Reverendo Viro D. Abrahamo Heidano, nunc in
illâ Academiâ S. Theologię professori dignissimo. Resp. 1. Quorsum illa
amplificatio? Quid si similes reponantur alicui, qui in defensione scœnoris
trapezitici & trapezitarum non tantum à Bezâ, Riveto, Professoribus Lei-
densibus in Synopsi, sed & à Synodis Belgicis, & universo Christianismo,
ejulque Doctoribus discedit: dicendo, *sed noster debuit & in hoc asserto cele-*
berrimorum, &c. sententia constanti adversari. Ut non dicam jam de pluri-
bus aliis assertis, ubi non à duobus theologis hic citatis, sed longe pluribus
disceditur. Alibi, cum ita usu venit, dicere solet, se scripturæ in negotio reli-
gionis inniti, non huic aut illi Doctori. Rectè: idem & ego respondere pos-
sem: sed in præsentî minimè opus est. Resp. 2. tantum abest, ut Beza &
Rivetus meę sententię à me in primâ disputatione anno 1634. propositæ,
& a. 1653. contra Sociniano-Remonstranticum tenebrionem explicatæ ac
defensæ, & rursus in disp. de Peste a. 1637. adversentur; ut illorum iudicio
totam hanc controversiam sistere ausim. Bezae & Genevensium doctrina ac
praxis ut etiam Riveti & Clariss. ipsius Collegarum Leidenſium, è diame-
tro fugæ à me taxatæ opponitur. Genevenſes ministros & theologos, ob Pe-
stem grassantem stationem nunquam deseruisse, nec muneri in afflictis con-
solandis defuisse; constat ex allegato scripto Beze, & fortitione illâ Geneven-
ſium, simili fere illi Augustini, epist. 180. ad Honoratum sub finem: Quan-
quam si inter Dei ministros inde sit disceptatio, qui eorum maneant (*Peste*
laborantes invisant), ne fuga omnium; & qui eorum (*ordinario non invisant*
Peste laborantes), ne morte omnium deseratur ecclesia. Tale quippe cer-
tamen erit inter illos, ubi utrique ferveant caritate, & utrique placeant
caritati. Quę disceptatio si aliter non potuerit terminari, &c. Ideo sicut

scripſum

scriptum est, contradictiones sedat fortitio, & inter potentes dividit. *Fran-
ciscus Portus* in apologiâ pro *Genevensibus contra Carpentarium* Juris Professo-
rem, objicit eidem, quod cum grassante illic peste nullus professorum
à statione & functione suâ discederet, ipse solus hac illac circumvagan-
do se subduxisset. Cum Lugduni Batavorum anno 1620., & postea pestis
aliquoties sæviret, nemo unquam vidit ecclesiæ ministros & theologiæ pro-
fessores inde recessisse, aut omnes amicos, necessarios, consanguineos suos
morbo isto afflictos, ob contagii periculum, instar sacerdotis & Levitæ
(*Luc. 10.*) præterisse. Insolens esset aliquem Belgii nostri concionato-
rem tali in casu, ex loco suo fugientem videre. Nec desunt, qui variis
operam suam sponte obtulerunt, & non vocati præstiterunt. Et quinam
essent, qui allocutionem & consolationem expetitam ovibus suis, præsertim
parentibus, uxoribus, liberis, fratribus, cognatis, collegis, familiari-
bus, amicis denegarent? Quid dicam de *Oecolampadio*, *Fagio*, *Lavate-
ro* aîllisque theologis Germanis, Helvetiis, Belgis: quorum doctrina &
praxis tum ex scriptis tum ex vitis eorum manifesta est. Vide de *Oecolam-
padio* orationem *Polani*, editam cum commentar. in *Malachiam*. De *Paulo*
Fagio, *Melchior*em *Adamum*; in viris theologorum Germanorum; de mini-
stris *Tigurin*is inter eos *Bullinger*o, *Conradum Gesnerum* ex letali peste de-
cumbentem invisentibus, in *Vitâ Gesneri* per *Josiam Simlerum*; De *Lava-
tero*, tract. ipsius de *Peste* ex Germanico in latinum sermonem traducto per
Pontisfellam, & inde in Belgicum per *Wilb. Baudartium* Pastorem, cum vi-
veret, *Zutphanientem*, theologicis, & linguarum atque historiarum stu-
diis, & exantlatis pro fide & ecclesiâ Christi laboribus in Belgio nostro cele-
berrimum. Confer *Vitam Lavateri* à *Joh. Guil. Stuckio* descriptam, & com-
mentario *Lavateri* in *Nehemiam*, præmissam: ubi prædicatur singularis
ipsius caritas, quâ vel vocatus vel non vocatus suâ sponte egrotos quosvis morti
præsertim vicinos libentissimè invisit. Ex *Lavateri digression*e de *Peste*, insertâ
commentar. ad 1 *Paralip.* 21. sequentia vîlum est exhibere.

„Plerique, inquit, nihil utilius putant fuga, ut ex pestilentibus locis in
„salubria se quamprimum conferant: at videndum quid officii nostri ratio
„postulet. David & seniores non fuga sibi consulunt, sed saccis induti Dei
„manum patienter expectant: non debemus stationem nostram Dei injussu
„deferere, in quam ab ipso sumus collocati. An non Deus ubique præsens
est? Lege *Psal.* 139. & *Amos* 3. cap. Peccatum quò aër inficitur, nobis in-
„hæret. An non illis in locis in quibus pestis sævit, salubris aliquando aër
„fuit? Interim nemo se temere periculo debet exponere, Deumque tenta-
„re. Non tamen illi dicendi sunt Deum tentare, qui invisunt egros, &c.
„Hoc enim Dominus à nobis postulat, qui non minus nos potest serva-

„re, quàm olim Israelitas inter Ægyptios, quos eodem morbo sustulit. Offi-
 „cium verò tuum est curare peste infectos, qui domi tuæ sunt, ne fame vel
 „siti pereant, item invisere vicinos, cognatos, affines, eis adesse, eos conso-
 „lari: quòd si ipse commodè id non possis, debes vocare ministros verbi.
 „Convictores etiam, famuli, & famulæ non ædibus exturbandi sunt, nisi
 „in locis publicis commodè curari possint. Mortui item non sunt projici-
 „endi in plateas, aut profluentem, sed honorificè sepeliendi, & lugendi.
 „In luctu tamen modus est servandus. Honesta item defunctorum facien-
 „da est mentio. Magna est barbaries, hospitium negare peregrinis venien-
 „tibus ex locis pestilentibus, item cives peste infectos ex urbibus ejicere,
 „atque ita eos fame necare & frigore: Item conjunctissimos homines dese-
 „rere, & ne morientibus quidem adesse.

Paulo ante de nimio contagii metu sic pronuntiârat: *Miranda est illo-
 rum stultitia, qui literas & pecuniam ex locis in quibus pestis graßatur, acci-
 pere nolunt, &c. quasi pestis in illis resideat.* Hos omnes aliosque celeberrimos
nostrarum ecclesiarum theologos, quorum aliqui infra in disp. de Peste citan-
 tur, non arbitror temeritatis & Barbariei Turcicæ accusandos, & ad Hip-
 pocratis vincula damnandos: ut nec Medicos Saracenum, Gratarolum,
 Lemnium, Mercurialem ibidem cit. Quod ad Bezam & Rivetum nihil
 in illis invenio, quod meæ thesios principalis aut ullius particularis si-
 ve hypothesios, siue confectarii antithesin faciat. Nec tam imprudens
 fuit *Cl. Joh. Hoorbeeck* ut meam disputationem de Peste uno in libro, cum
 suâ & *Bezae ac Riveti diatribis* recudendam dedisset, siquidem intelligere po-
 tuisset eam esse paradoxam, & constanti sententiæ Beze ac Riveti refragari.
Rivet pag. 102. edit. Leid. in 12. ait, se à theologorum cit. judicio non re-
 cedere. Sunt autem illi Calvinus, Urbanus Regius, Beza, Zanchius,
 Georgius Sohnius, Balduinus, Paulus Tarnovius, Perkinsus, Georgius A-
 botus, Joh. Gerardus, Lud. Lavaterus. Ab eorundem judicio nego meam
 thesin anno 1634. propositam, & contra Remonstranticum tenebrionem
 anno 1635. & postea anno 1637. peculiari disp. explicatam ac defensam
 recedere. Ergo mihi convenit cum *Riveto*, juxta illud: quicumque in uno
 tertio conveniunt, inter se conveniunt. *Hadrianum Florentium* ad Papalem
 sedem evectum, non probasse per omnia Romano-Italicam Pestis fugien-
 dæ methodum colligimus ex *D. Jovii Historiarum lib. 21.* „Exorraque,
 „ait, est in urbe Pestilentia lues: quæ quin *severis legibus more nostro*, Pon-
 „tifici minimè coercenda videretur, contactu ægrorum ita exarsit, ut mul-
 „ta funera in compitis viserentur, appareretque vastari urbem, haud multo
 „dierum spatio, nisi Græculus quidam nomine Demetrius Spartanus, se-
 „dandæ pestilentia, favente ei turba hominum, negotium suscepisset,
 „nemine

„ nemine superstitionem vetare auso. Nam ferum taurum, cui dimidium
 „ cornu dissecarat, magico carmine dextram in aurem prolato repente ita
 „ manuluefactum reddiderat, ut injecto tenui filo ad integrum cornu, quò
 „ vellet perducens, pestilentiae placando numini ad amphitheatrum immo-
 „ lasset. Nec credulae multitudinis spem ex toto fefellit, cum ea inanis sacri-
 „ ficii prospera litatione, mitescere morbus coepisset. *Resp. 3.* Dato, non conces-
 so, duos illos theologos sententiam meae adversam tenuisse: nihil hoc faceret
 pro opponentis exaggeratione: cum ego ad celeberrimos theologos Bezam &
 Rivetum, aut ad pios in Galliâ non respexerim, aut de iis cogitarim: sed ad ra-
 tionem & methodum fugiendi pestis contagium in *Italiâ, Galliâ, & alibi* (ubi
 scilicet ipsi concionatores aliquando desertâ urbe, & propriâ suâ ecclesiâ, quam
 vicario commendant, in agros aliquò profugiant) observatam: qualem etiam
 fere observari noveram in patriâ meâ vicinis Hispano & Papæ subiectis par-
 tibus, & partem aliquam in ipsâ patriâ meâ adolescens videram: ita ut non
 raro maritus uxorem, pater & mater liberos, frater soror fratrem aut sororem,
 filius aut filia parentes cum morbo illo & mortē luctantes, turpiter fuge-
 rent, ac desererent. Illam tunc dixi & etiamnum dico, *cum verâ Dei fidu-
 ciâ & charitate in proximum per omnia haut satis convenire.* Cum in primâ
 meâ disputatione 13. Septembr. anno 1634. propositâ illam methodum vi-
 tandi Pestis contagium negarem, *cum verâ Dei fiducia & charitate in proxi-
 mum per omnia satis convenire:* non potui respicere ad Clariss. Rivetum,
 ut illi refragaret: quia ejus epistola demum scripta fuit 15. Kal. Februarii
 1636. & postea typis edita. Sed, ut jam dictum, Rivetus rationem fugi-
 endi contagium à me notatam minime asseruit, *cum verâ Dei fiduciâ & cha-
 ritate erga proximum per omnia satis convenire.* Illius ergo *constantī sententiae*
 hâc in parte non sum refragatus; nedum ut refragari debuerim aut vo-
 luerim. Atque hæcenus hanc ab autore *theologi paradoxī*, ex Remonstran-
 tico tenebrione mutuata accusacionem, examinavimus. Restat & altera ex
 eodem inepto declamatore mutuata, de propriæ navis incendio.

* Appendix 2. De propriæ navis incendio.

ANno 1634. mense Septembr. in primâ disputatione Ultrajecti propo-
 sitâ, inter alia hoc corollarium adjeceram.

„ Ut quis pulvere nitrato navem incendat, quo seipsum cum hostibus si-
 „ mul præsentissimâ morte perdat, non putarem licere: saltem quia certâ
 „ fide ac conscientia hoc fieri posse non liquet, tantisper abstinendum est.
 In hoc corollarium tenebrio quis Remonstranticus incurrebat, sic tamen ut
 particulari studio & affectui se hic militare haut obscure indicaret, con-
 clu-

cludendo : *mondum dixi quod ipse de hoc argumento sentiam, sed tantum quid sentiam de Voetio.* Hujus blateronis ratiunculas cum futilibus amplificatio-
nibus, in *Thersite* anno 1635. edito *sect. 3. cap. 1. pag. 251.* ita protrivi, ut
theologis quibusque, quantum quidem mihi constare potuit, abunde satis-
factum fuerit : saltem à nullis mihi notis & amicis, unquam vel verbulo de
hoc monitus fuerim. Anno 1637. *disputatione de homicidio sui ipsius & fla-*
gellatione spontanea, eandem sententiam meam pluribus, à quibusvis obje-
ctionibus & exceptionibus vindicavi. Quia tamen scriptori *theologi para-*
doxi anno 1649. contra me emissi, eandem ex tenebrione Remonstrantico
cramben reponere libuit, videor mihi non abs re facturus, si illius oppu-
gnationes *pag. 228. 229.* quamvis satis superque in *Thersite*, & *disputatione*
precedente de homicidio sui ipsius, &c. profligatas, denuo de verbo ad verbum
excutiam : ut pii lectores ex hoc specimine expendant quâ judicii *ἀκερβεία*,
quâ prudentiâ, quâ *πειραιή*, quo veritatis & fratrum amore *paradoxus theo-*
logus conscriptus sit.

- S. 1., Facile condonem hâc in parte bonis & piis illis viris, qui pro animi sui
,, in sitâ teneritudine eminus hoc spectantes, vel *πειρασ*, vel in mitiorem
,, inclinant sententiam; sed ut nobilis Belga, qualis disputator publicè renun-
,, tiatus est à filio, & qui ut alter Caligula in ipsis hybernis & inter tormen-
,, torum fragores natus est, tam pusillanimiter pronuntiet de heroicâ for-
,, titudine suorum Belgarum, &c. *id mihi videtur planè intolerandum, imo*
,, *& publicâ censurâ dignissimum.* Resp. 1. In otiosis & odiosis amplificatio-
nibus Remonstrantico tenebrioni cedere noluit : cui tunc in *Thersite* istis
verbis respondebam : *Sic tamen de hoc problemate seu casu profiteor, ut vere-*
cundè verbo putamus, & saltem quia certâ fide, &c. Resp. 2. Cl. Rivetus ve-
teranus theologus, editis anno 1632. prælect. in decalogum, in eandem sen-
tentiam inclinare se ostenderat, mihiq; præiverat : idque non simpliciter
asserendo *τὸ* putamus (uti ego in *disp.* Ultrajectinâ anno 1634. nense
Septembri); sed rationibus probando, & *Amelii* aliorumque exceptionem
refutando. In illo ergo, qui libro publicè edito sic disputavit, mihiq; &
aliis præivit hoc tolerandum erat : in me quasi discipulo hâc in parte & asse-
clâ Riveti nudum atque innoxium corollarium, *τὸ* putamus, & *τὸ* saltem quia
certâ fide, &c. proponente, intolerandum est, immo & publicâ censurâ di-
gnissimum. An & qualis sit justitia *περὸς πτωχὴν ψίλα*, quærendum est ex schi-
cis & theologis. Quod censuram publicam, sive ecclesiasticam, sive pediti-
cam, sive utramque præjudicio an postjudicio tuo in me, meritò stringen-
dam pronuntiat, nescio quo *ἐντελέκειας* decoro hanc confidentiam sibi anno
1649. sumserit? Oppositiones contra illud corollarium complures ex Ill.
& Pot. DD. Ordd. collegio & ex urbeico Senatu, nec non ex verbimi-
nistris

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 283

nistris audiebant; atque una Respondentis mei & meas responsiones, specialiter ad objectum Magistratum mandatum olim heroibus nostris navalibus datum. Etiam ab anno 1634. usque 1649. *ἀγῶνιστος* hic *ἀγῶνιστος*, & conventus ecclesiastici minores, majores, maximi celebrantur. Si tam grande & tam intolerandum nefas hæc meâ in benigniorem partem inclinatione, ejusque subsecutis anno 1635. & 1638. contra Remonstrantio-Socinianum tenebrionem defensionibus, commissum fuisset: utique non tacuissent, quibus ad hæc attendere conveniebat: ut opus non fuisset à scriptore *theologi paradoxo* anno 1649. eos tanquam resides suscitari.

Sed audiamus cur, in aliis tolerandum, in me non tolerandum; *Rat. 1. §. 2.*
 „Quia ut ego nobilis Belga inter tormentorum fragores natus tam pusillanimitate pronuntiem de heroicâ fortitudine meorum Belgarum, &c. *Resp. 1.*
 Ergone extraneo alicui sive theologo sive philosopho sic pronuntiare licebit, quamvis in Belgio habitanti, & publicum munus sustinenti? Qualis *Rivet* in *comment. ad 6. decalogi præceptum*; *Mathias Pastor* philos. & theolog. professor Groninganus in corollario subiecto disp. ejusdem Ethicæ problematicæ; *Berchinger* noster in *disp. de fortitudine* 12. & 15. *Februar. 1645.*
Resp. 2. in civitate Heusdanâ hostibus proximâ, parentibus ejusdem civitatis tunc civibus, juxta cum omnibus aliis civibus in medio præsidiorum militum, armorum, tumultuum & periculorum bellicorum degentibus anno 1589. natus me fateor; & quidem circa illud tempus, quo Comes Mansfeldius copiarum Hispanicarum præfectus, proximis omnibus castellis occupatis, civitatem illam obsideret: meque ibidem ab infantiâ educatum & in literis, fervente bello, institutum, donec a. 1604. ad Academiam Lugduno-Batavam mitterer: in eâdem etiam civitate ab a. 1617. usque ad 1634. ministerio functum, in Ecclesiâ partem aliquam ex viris militaribus conflata, quam strepitus armorum post finitas inducias ab a. 1621. denuo circumsonabat: insuper in castello Hemerthano ecclesiasticè cum Ecclesiâ Heusdanâ combinato, unâ cum collegis hebdomadatim coram præsidariis ab a. 1621. usque ad ann. 1634. concionatum. Præterea in exercitu Sylvâducis a. 1629. obsidente, vi missionis Synodi Zuyd-Hollandicæ & classis Gorinchemensis, aliquamdiu sacro ministerio functum: Adhæc Sylvâducis jam occupatâ ibidem novem mensibus inter strepitus, miseras, & morbos militares operam meam commodasse; ut & postea a. 1632. ultra selsquimensem in partem illâ copiarum, quam ad expeditionem Flandricam ducebat Illustris & generosus Comes Gul. Nassavius Fœderati Belgii Mareſchallus, & civitatis Heusdanæ ac circumjacentium, & ad Mosam sitorum castellorum præfectus, inter arma concionatum. Quid jam ex meâ educatione & tot anno inter arma ministerio conclusis? intolerandam esse meæ sententiæ pro-

284 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
 nuntiationem, tam *puffillanimitè*, factam. Quid si pronuntiem, non esse à militibus obritivillitium, aut imaginarium honoris punctum commilitones ad duellum provocandos, nec duello cum iis decertandum (moderamen inculpatæ tutelæ non tango): quod scilicet arbitrer illud iustitiæ, caritati prudentiæ, & fortitudini Christianæ non satis convenire. An iure quis dicere posset, me inter arma cum heroibus militaribus tam diu versatum nimis *puffillanimitè de heroicâ fortitudine nostrorum Belgarum pronuntiare?*

Sed forte quis excipiet longè aliam incendiarii navis, & duelli esse rationem
 „ Respondeo & pergo ad examen *Rationis* 2. Quia eos zelus in Dei causâ,
 „ patriæ caritas, obedientia ex juramento præstanda supremo Magistratui ad
 „ generosum hoc facinus impulerunt. Quod terrori fuit hostibus, & ad-
 „ mirationi erit posteritati. *Resp.* Petitur, & sumitur, quod est in quæstione. An sit *heroica fortitudo*. & *generosum facinus*, Idem dicere possent, & dicunt patroni directæ & crassæ *ἀνδραγαθίας*. Sed negant omnes theologi & philosophi, qui agunt de fortitudine. Eiusdem furfuris sunt, quæ sequuntur, amplificationes: „ Absit à nobis, ut illos omni adoræ hæc in parte dignos,
 „ *ἀνδραγαθίας* accusemus, & gloriosissimum facinus notemus nigro lapillo,
 „ &c. His dulce fuit pro Christo & patriâ mori, animamque ponere pro
 „ suis fratribus 1 Joh. 3. 16. longè gloriosius, quam olim Leonidas cum suis trecentis, &c. *Resp.* 1. Qualis & quanta sit accusatio in meo corollario, æquus lector iudicet. *Resp.* 2. quid si hoc dicatur pro piis illis mulieribus, quæ pro Christo & castitate mortem sibi consciverunt: (de quibus supra in *disp. de homicidio sui ipsius*) an contra *Augustinum lib. 1. de civ. Dei cap. 16.* omnesque hodiernos theologos cum Augustino factum earum improbant, putaret conclusum esse? *Resp.* 3. Applica omnia hæc elogia iis, qui non obstante *πῶς* medicorum cito, longè, tardè, heroicâ fortitudine, zelo Dei, & fratrum caritate, ex obedientiâ Dei (*Math. 25. v. 36. 1 Joh. 3. v. 16. 16. Galat. 5. v. 22. 1 Corinth. 13. v. 5.*) dum peste laborantibus necessarium in spiritualibus & temporalibus ministerium præstant, contagii per contactum & fomitem periculo se exponunt, & peste correpti moriuntur. Illi enim directè in seipsos nihil agunt, ad quod mors per se & necessariò sequatur.

S. 3. „ Absit à nobis, ut supremos Magistratus, qui id ab ipsis exegerunt, communicato proculdubio cum suis theologis consilio, iniustitiæ evidētis hæc ratione accusemus. *Resp.* 1. Conferantur hujus exaggerationis lepida lexes, instar tesserularum compositæ ad odium conflandum, cum verbis mei corollarii. *Resp.* 2. In ipso disputationis actu anno 1634. cum mandatum hoc Magistratum objiceretur, respondebam audientibus plurimis *ἀπὸ πρῶτον* constitutis, illam legem jam à multis annis non observatam esse; & potremum ex capitaneis navalibus, tali in casu pulverem suum pyrium in-

disse

disse ante annos circiter 40. (nunc, cum hoc scribo ante annos circiter 62.): post illud tempus neminem ad tale incendium fuisse obligatum; neminemque ob omissionem dicti incendii fuisse punitum: sed capitaneum quem Rotterodami capite plexum, quod contra hostes Duynkerckanos, ad extremum, navem suam non defendisset. Et hoc responso meo totaque dicti corollarii, contra alias quascunque objectiones, defensione, tum opponentibus tum quorumcunque ordinum auditoribus tunc satisfactum fuisse arbitror. Quod lucifuga Sociniano-Remonstrans postea de Magistratus mandato tinire quid voluerit, ad id in *disp. de homicidio sui ipsius*, &c. a. 1638 responsum est: nec hic repeto. Interim conferat lector theologos & philosophos supra in *disp. cit.* qui negant, posse quem per sententiam legitimè & merito ad supplicium mortis condemnatum, sibi spontaneâ electione, aut mandato judicum mortem inferre. Adde nunc autoribus supra in *disp. citatis*, *Wendelinum lib. 1. philos. moralis c. 13. p. 424. Keckermannum in dispp. practicis. Loenium in synopsi Ethicæ sect. 2. aretalog. cap. 2. Maccovium in coroll. subjecto collegii miscellan. quæst. a. 1643. Franckeræ editi disp. 25. super 6. decalogi præcepto. Rivetus negat licere vel ut ipse damnatus id procuret, vel ut id faciat per seipsum. Ibi- dem Lipsio objicienti, si Magistratus & lex possunt, cur non tali modo vel manu; cum mihi jubent, cur non paream? „ Respondet Sententia non est justa: cum „, perinde sit, ac si quis condemnaretur, ut seipsum occideret. Ergo legi & „, magistratui modus etiam permittitur; sed non is qui legi Dei & naturæ „, repugnet. Confer quæ de Magistratus mandatis & decretis in foro con- „, scientiæ probandis dicimus *cap. 24. Exercitior. Pietatis, pag. 760. & seqq. & „, supra in disp. de Cœcâ Obedientiâ. Resp. 3.* Dato Magistratum quem alicui justè condemnato mandari *avroponian*, aut militibus navalibus pulveris py- rrii incendium: an ideo mihi ex verbo Dei & rectâ ratione judicare non liceat hoc esse illicitum? An nihil unquam à Magistratibus factum fuit: de quo opponens judicare ausit; illud in foro poli & conscientie non bene, sed malè factum esse: sive ignorantes id fecerint, sive ex malitiâ? An ergo fidei implici- tæ, & absolutæ ac cœcæ obedientie (de quâ *supra*) hic locus concedendus? uti Pontifici, Episcopis, superioribus regularibus si heresin doceat, si malum imperent, credendum & obediendum volunt Pontificii? Quod ad amplifi- cationes de *supremis magistratibus, qui id ab ipsis exegerunt*, &c. *injustitiæ* evidenti (nota *hâc in re non arguendus*: eas si multis aliis decretis & man- datis Magistratum; ex ignorantia in simplicitate cordis & bono zelo factis, applicari velit, nos feremus. Unum hic amplificationi insertum non præter- ibo. „ Atqui Magistratus communicarunt procul dubio consilium suum „, cum theologis. *Resp.* Qui novit ingenium, sensum, morem multorum, si non plerorumque qui tunc temporis leges militiæ navalis condiderunt;*

rectius dixisset: non communicato procul dubio consilio cum suis theologis. Plura non addo, ob rationes: & si adderem, quid proficerem apud eum, qui suis *παραρρησι* & imaginationibus adhæret: ut ut rerum & antiquitatum nostrarum *ἀπαισι*. Qui Petri Bor, Reidii, Meterani, Grozii historias, & apolo-
gias ecclesiarum nostrarum contra *Casp. Coolhaes* & *Hermannum Herberts* legerunt, & mores ac gesta hominum multorum annis aliquot usque ad annum 1618. viderunt; ii melius judicarent de aliquorum aut multorum Magistratuum Belgicorum, præsertim in Hollandiâ, sensu circa dogmata, ritus, regimen & disciplinam ecclesiæ reformatæ, præsertim Belgicæ: deque eorundem communicatione cum theologis in condendis bellicis & politicis statutis. Quid a. 1610. 1611. & 1614. & 17. in ecclesiasticis decreverint non communicato consilio, cum suis theologis (nisi forte cum heterodoxo aliquo Sinone) nobis ignotum non est, & loquuntur historiæ. Tantum abest, ut jam inde ab anno 1581. usque ad annum 1618. in rebus politicis & militaribus consilia cum theologis suis communicassent.

- §. 4., Nec enim directè suum intenderunt interitum, quod faciunt *ἀντοχέρας*,
sed instar Samlonis *Judic. 16. v. 30.* & Eleazari *1 Machab. 6. v. 43.* da-
mnum hostium & patriæ securitatem, licet cum præsentis vitæ lucu pericu-
lo ac dispendio, & per illud. *Resp. 1.* Non est quæstio de directâ inten-
tione facientis, sed de ipso facto: quia intentio bona non facit opus bonum.
Vide conditiones bonorum operum explicatas ad *catechet. quest. 91.* Direc-
tâ & principalis intentio omnium *ἀντοχέρας* non est interitus; præsertim si
qui specie religionis seipso præcipitent, transfigant, submergant, com-
burant, rotis conterendos subiciant, venena hauriant (quorum exempla
supra in disp. attulimus): sed castitatis conservatio, à peccatis liberatio,
benignitatis divinæ & vitæ melioris fruitio, honor Dei. Curtius directè non
intendebat interitum, sed patriæ salutem per suum interitum. Quidquid piæ
illæ mulieres, de quibus *Augustinus lib. 1. de civit. Dei cap. 16. & 26.* inten-
derent, directè tamen illud in se agebant, quo sibi interitum accersebant.
Resp. 2. Ad exemplum Simlonis Ethici & theologi in quæst. de *ἀντοχέρας*
responderunt cum Augustino, peculiari instinctu & mandato divino id fa-
ctum esse, aliis non imitandum. Inter quos cum sit ipse *Amelius lib. 5. Ca-
ssum cap. 32.* mirum est quod ibidem subjecerit, *similem fere rationem esse
militum*, qui pulvere pyrio navem suam incendunt. De quo rectè *Rivetius*:
„Illud fere, quod ibid. addit ad cautionem, maximi est momenti. Quia
„quantumvis sit similitudo in facto & in scopo, an in spiritu quo ducuntur
„sit eadem ratio, merito dubitatur. Factum Eleazari *1 Machab. 6. v. 43.*
nihil huc facere, rectè respondit *Rivetius loco cit.* quia directè in se non egit,
ad quod ordinariò & per se mors sequitur. Et quidquid sit, illius factum non
facit legem aut regulam.

„ Nec ideo non liquet id certâ fide & cōscientia fieri posse, quod id non s. 5.
 „ liquere suspicetur disputatio: Nec enim illius imaginatio norma est in-
 „ dubitatæ fidei & morum. *Resp.* 1. Nec imaginatio censoris anno 1649.
 in *theologo paradoxo* revelata, *Riveto* anno 1632. *commentar. decalog. edenti*,
 & mihi anno 1635. contra objectiones Sociniano-Remonstrantici tene-
 brionis defendenti indubitata fidei & morum norma esse poterat: nec et-
 iam ab anno 1649. fuit aut in præsentī est; quamvis summarie ratiuncu-
 las & exceptiones quasdam dicti tenebrionis repetitas indicârit.

„ Longè aliter pronuntiant & *Burgersdicius Philosophus philosophiæ E-S.6.*
 „ *thic. cap. 14. S. 17.* & *Amesius theologus Cas. consc. lib. 5. cap. 31. S. 34.*
 „ *Resp.* 1. Si quis ipsi vel nubem testium opponat in aliis quæstionibus,
 respondet se esse discipulum Christi, & ex scripturâ probandum esse.
 Et hic ad vincula Hippocratica, & publicam censuram mihi parandam in
 aciem educuntur philosophus Burgersdicius amicus cum viveret, mihi per-
 quam charus, & meus olim in collegio logico practico, & disputatorio di-
 scipulus; & *theologus Amesius*, mihi itidem cum viveret, amicus, & ob
 eximia in elencticis, dogmaticis, practicis, edita scripta meritis *πρωτος*
αὐτοεξιστηνων. Sed de Burgersdicio eximio cætera philosopho, & ortho-
 dxæ theologiæ assertori constantissimo, moneo, illam ipsius sententiam di-
 splicuisse theologis tunc Leidenſibus: uti ex uno eorum me audivisse me-
 mini; & ex *Cl. Riveti dissertatione ad 6. decalogi præceptum*, satis deprehen-
 ditur, quo in sensu fuerint theologi Leidenſes. Quod ad Amesium, illius
 sententiam, corollario meo è diametro opponi non posse, facile animad-
 vertet lector, qui corollarium meum relegere, & *πρὸς* *Amesii* cum *Ri-*
veto expendere dignabitur; & alterum illud assertum Amesii supra cit.
 conferre, de condemnato scil. à iudice ad mortem sibi quocunque modo
 inferendam. Quod si ibi parendum non sit iustè ad mortem condemnatis;
 cur magis parendum viris honestis ad mortem à tribunali iustitiæ, ob fla-
 gitia sua, minimè condemnatis? Et quodcunque *πρὸς* *Amesii* fuisset,
 me tamen non constringeret vinculis Hippocraticis, nec censuræ publicæ
 obnoxium faceret, magis quam Ethicos complures, quorum aliquos supra
 indicavi; & theologos Leidenſes cum *Riveto*, *Amesii* *πρὸς* *se* explicante:
 ut & *Danhauwerum* in collegio decalog. ad 6. præc.

„ Et lex ipsa caritatis Christianæ exigit, ut honestius judicemus de opti- s. 7.
 „ mis illis patriotis, qui egregio hoc facinore tantum contulerunt ad liber-
 „ tatem Belgio procurandam, quam ut eos annuiteremus hominibus de-
 „ speratis, & sui ipsius homicidis, quos disertè scriptura ex regno cœlorum
 „ excludendos pronuntiat. *Resp.* 1. Est mera schiomachia, *ἀπὸ πρὸς*, &
 mutatio status quæstionis. Legatur meum corollarium, ejusque defensio
 contra

288 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c.
contra Theristem tenebrionem, & disputatio de homicidio sui ipsius, &c.
Quæstiones distinguuntur. An pulvis pyrius sit incendendus: An & qualis
sit *αὐτοφθόνος*: Quid de salute *αὐτοφθόνος* statuendum. Ad illam respondeo
negando; haut aliter ac de choreis gynæcandricis, de fucandâ facie, de
nudis pectoribus aliisque vanitatibus septimo præcepto repugnantibus, jux-
ta cateches. nostrâ *quest.* 109 & Casuistas atque interpretes decalogicos. Ad
istam resp. *disp. cit.* §. 2., quod *Augustinus lib. 1. de Civit Dei cap. 17. & seqq.*
& contra epistolas *Gaudentii lib. 2. cap. 19.* improbat factum Pelagiæ, alia-
rumque mulierum, quæ sibi manus intulerunt: iis tamen vitam æternam
non abjudicat. Nec ego, aut *Theod. Thummius in explicatione decalogi*, aut
Johannes Sym, qui peculiarem tract. de αὐτοφθονία edidit anno 1637. ubi
cap. 18. prolixè disquirat de damnatione *αὐτοφθόνων*.

Augustinus lib. 1. cap. 16. „Ac per hoc & quæ se occiderunt ne quid-
„quam hujusmodi paterentur, quis humanus affectus eis nolit ignosci. Et
„quæ se occidere noluerunt, ne suo facinore alienum flagitium devitarent,
„quisquis eis hoc crimini dederit, ipse crimine insipientiæ non carebit.

*Joh. Jacobus Gryneus disp. theologic. part. 1. tit. de hominum ortu &
statu innocentie § 118. pag. 175. edit. in 4.* „Pronuntiat, omnes qui
„violentas manus sibi inferunt, eodem non habendos loco. Alii enim
„non sine justâ causa commiseratione digni sunt, alii reprehensione gravi,
„alii execratione, & publico odio: qui & de jure infames sunt & habentur.

„Commiseratione digni sunt, qui post actam piè vitam, melancholico
„morbo correpti, & mentis impotes, sese præcipites dederunt vel ex alto,
„vel in præterfluentes aquas. Aut qui per ætatem & judicii imbecillitatem,
„ignari rerum & instrumentorum, casu sibiipsis exitium accersiverunt: ut
„cum pueri venenatas res deglutiunt, aut bombardas oneratas incautius
„tractant. Utriusque lugenda exempla hæc nostra ætas vidit.

„Reprehendendi sunt, qui contra præceptum, Non sunt facienda mala
„ut eveniant bona: majorum malorum metu ducti, mortem, vitæ præla-
„tam spontè accersiverunt, Refert Eusebius, Matronam nobilem Antio-
„chenam, cum duabus filiabus, pudicitie conservandæ ergò, in flumen
„sele præcipitem dedisse. Item, duas sorores virgines fideles in mare profi-
„liisse, cum Diocletianus & ejus Collegæ persecutionem moverunt ad-
„versus Christianos. Etsi enim de his & similibus nolim temerè, ne-
„dum sinistrè pronunciare: ac laude digna est castitatis cura: nec de-
„sunt nonnulla quæ commiserationem merentur, sexus imbecillior, con-
„scientia fragilitatis, metus tormentorum, & alia, ut etiam dem non esse
„factum planè damnandum, non tamen cuiquam pio imitandum ju-
„dico. Sequenda enim nobis est regula de injuriis ferendis: Melius est ut
„bene

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 289

„bene agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quàm malè
„agentes.

„Gravissima reprehensione digni sunt, qui *κακοδὲξις*, aut alio cœco affe-
„ctu ducti in periculis quæ spontè adierunt, (nihil videlicet mali veriti, aut
„nimium viribus aut industriæ suæ confisi) interierunt. Ut Glaucus ille,
„proverbio nobilitatus, qui comesa herba habitat in mari. Item, Afahel
„ille velocissimus, qui etiam admonitus ut sibi caveret, tamen Abnerum
„persecutus est, & ab illo interemtus. Noti sunt versus.

„----- *Deusque videri*

„*Dum cupit Empedocles, ardentem protinus Æthnam*

„*Influit, &c.*

„Execrationem autem omnium hominum ii merentur, qui ubi contra
„conscientiam egissent sceleratè, furiis urgentibus furdòque conscientie
„vulnere eos exagitante, *αὐλοῦσι* perierunt. Ut Saul, Achitophel & Judas
„Iscariotes, qui ambo laqueis vitam finierunt. Item P. Pilatus, de quo ex-
„stant versus Gregorii Turonensis.

„*Tam tibi sit mitis Ponti Pilate Megara,*

„*Támque tuæ moveant lacrymæ Plutona ferocem,*

„*Quàm merito periit fato, te iudice, Christus.*

„His adnumerandi sunt, qui malæ conscientie verberè, qui impatientia,
„qui desperatione quadam tum rerum suarum, tum misericordie divinæ,
„qui denique odio, livore, malevolentia, aut alia perturbatione vel conta-
„bescunt, vel illis mori, laqueum sibi ipsi non mandant solum, sed etiam
„injiciunt, sèque ipsos conficiunt.

Quod ad navales nostros, qui mandato superiorum & intentione ho-
stium vires bono publico atterendi, ad hoc factum inducti sunt, *uti non an-
numeravimus eos hominibus desperatis, & sui ipsius homicidis, quos disertè scri-
ptura ex regno cœlorum excludendos pronuntiat* (uti opponens tale quid mihi
imputare velle videtur); *ita nec omni adorèa dignos quibus dulce fuit pro Chri-
sto & patriâ mori, animamque pro fratribus suis ponere* 1 Joh. 3. v. 16. *nec
heroicam ipsorum fortitudinem, nec longè gloriosius ipsorum factum, quam
Leonida cum trecentis suis Spartanis, cum opponente pronuntiârem; ita ut
martyres, aut quasi martyres habendi essent pro Christo: quippe qui se-
ipsos incendio proprii pulveris tanquam combustos & in frustula discerptos
sustulerunt. Longè aliter Augustinus supra cit. & Gryneus de piis illis fæmi-
nis. Baronius ad ann. 522. S. 61. Idemque in Martyrolog. Rom. 24. Octobr.
Corn. à Lapide in comment. ad Jerem. 31. v. 16. martyrii coronas & cultum
tribuunt puerulo quinquenni, qui apud Homeritas, in ignem, ubi mater
ardebat, se præcipitem dabat: ut loquitur martyrologium. Sed nos his &*

290 DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUIPSIUS, &c.
similibus zelo Dei, non tamen secundum scientiam, & intentione bona
alia agentibus analogicè applicari velimus canonem 60. *Concil. Eliberini*:
„ Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quatenus in euangelio scri-
ptum non est; neque invenitur sub Apostolis unquam factum, placuit in
numero eum non recipi martyrum. De quo in 3. part. *sel. disp. tit. de ido-*
latriâ indir. &c. probl. 9. & seqq.

Atque hætenus vindicatio mei corollarii. Sunt duæ aliæ quæstiones à
nostrâ hæc distinctæ de incendio navis. Quarum *unam* habet *Lessius de Jus-*
sitiâ & jure lib. 2. cap. 9. dub. 6. pag. 91. quam ita determinat. Hoc modo
„ excusari possunt nostri milites & socii navales, qui sæpe fortissimè cum
„ hæreticis prælio navali dimicantes, cum jam vident navem in potestatem
„ hostium venturam, communi consensu ignem pulveri injiciunt, & se
„ mari committunt, ne ipsi & navis veniant in hostium potestatem: non
„ enim intendunt sui interitum, sed ne hostis nam (lege eâ) cum publico
„ damno poriat, & ut se ipsi (si quâ ratione possint) morti certissimæ ab
„ hoste inferendæ eripiant: si enim potest quis desilire in mare ut salvet ami-
„ cum, cur non ut evadat hostis crudelitatem.

Huic determinationi non repugno.

Alterâ quæstio ejusque determinatio existat apud πολυμῆς & solidiss atque
exercitatiss. philosophum *Arn. Senguerdium* amicum, & antehac in hac
Academiâ collegam nostrum, in Collegio Ethico anno 1653. *Amstelo-*
dami edito disp. 14. §. „ Cur his positis ita sentiam, ratio est, quia finis
„ adest ad fortitudinem requisitus, & extremis malis extrema remedia
„ sunt opponenda: deinde quia frequenter contingit, ut multi servantur
„ hoc medio, qui alias in manus hostium incidentes perirent: cum enim
„ in superiora præsertim pulvis tormentarius vim suam exerceat, sæpe fit,
„ ut ablatâ superiori parte navis, ope scil. reliquarum partium inferiorum,
„ vita ipsis concedatur, averfis & destructis hostium navibus, præsertim
„ cum pulvis altiori loco ponitur. Accedit quod eâ ratione hostes non tan-
„ tum priventur propriis bonis & speratis spoliis, sed etiam metus ipsis in-
„ cutiatur, quo perterriti non ausint in posterum fortes ejusmodi aggredi.
Huic sententiæ nihil habeo quod opponam: præsertim si considerem cia-
riss. viri non approbationem sententiæ *Burgerdicii* olim præceptoris ipsius
per literas mihi significatam: conferam ejusdem verba dicti collegii *disp. 9.*
§. 15. „ Si nos, inquit, aggrediatur nefariorum crudelitas viro bono
„ omnia potius tormentorum genera lubeunda sunt, quam scelera com-
„ mittenda. Laudatur Zeno, qui ne sibi credita arcana enuntiaret, lin-
„ guam sibi abscidit & in terram expuit. Non puto tamen hoc factum
„ omni ex parte laudandum esse. Laudanda quidem Zenonis taciturnitas,
non

DE HOMICIDIO ET LÆSIONE SUI IPSIUS, &c. 209

non tamen probandalinguæ exsecutio, quæ propriis fiat manibus. In hujus casus decisione, & tali pulveris incendio, in illâ necessitate constitutis navalibus, difficultatem nunquam inveni; nec de tali cogitabam, cum anno 1634. in primâ disputatione Ultrajectinâ quæstionem de pulveris pyrii, & navis incendio proponerem; eandemque anno sequenti, contra tenebrionem Remonstranto Socinianum, & annis aliquot post, *disp. de homicidio suiipsum*, fuscè explicarem ac defenderem. Incendium omnis pulveris pyrii & navis, quod olim mandatum fuit nostris navalibus, & aliquando ab eis factum, alias etiam per infortunium à nonnullis passum, tale erat; ut & navem propriam & vectores frustulatim discerperet, ustularet, per aërem & mare spargeret: uti antehac sæpe, & nuper in prælio navali anno 1665. mense Junio tristissima experientia nos docuit. Qui ergo totum pulveris pyrii *πυρρὸν* incendunt, directè illud agunt, quo seipsos tollunt: non minus ac Cleombrotus, Empedocles, aliique supra memorati, qui igni, aquâ, sicâ, veneno, &c. seipsos perdunt. Quæstionem hanc per collationes cum amicis coram aliquoties ventilatam, etiam epistolicis disceptationibus anno 1628. inter me & amicos agitatam meminî: eoque occasionem mihi datam sæpe & seriò de eâ cogitandi: ut imparatus ad assertionem illam a. 1634. primâ meâ disputatione Ultrajectinâ proponendam non accesserim. Idem dico de quæstione circa fugam & contagium Pestis, super quâ cum altero eorum, qui medicus erat, *αμύβαιαι*; epistolis eodem anno 1628. amica collatio instituta fuit.

Inter alios sæpe & serio cogitandi, occasionem dedit ampliff. & Literatiff.
Joh. Beverovicus Sienator Dordrechtanus in fuis ad me literis a. 1635. 20. No-
 vembr. differens de ἀντοφονία. „ Unum, inquit, tantummodo addo, quod mihi
 „ heri à C O S. rellatum, & sæpius à nostris factum est. Navis ex Indiâ ad Oc-
 „ cidentem, argento & pretiosis mercibus onusta, nuper ab octo hostium na-
 „ vibus acerrimè oppugnatur. Dum nostri strenuè pugnantes nullum effu-
 „ gium vident, id unum agebant, ut hostilibus navibus affixi, accenso pyrio
 „ pulvere, idem secum victores fatum sortirentur; quod liberio rem aërem
 „ quærere appellamt. Utilem nobis fuisse talem præliandi modum affirmant:
 „ an verò & pium sit, hostes ut prædâ fraudes, vitam in auras dispergere,
 „ vel certum supplicium, ob allatas causas voluntariâ morte prævertere,
 „ tui judicii facio.

Disp. de Pestis antidoto spirituali Kal. Julii 1637. Resp. Jacobo Migrodio propositam, & a. 1638. unâ cum Epistola de termino vitæ recusam in 8. postea per decem capita distinctam, Leidæ a. 1654. apud Joh. Elzevirium una cum tract. theologicis Beza, Riveti, Hoornbeck denuo excusam, visum est hoc loco exhibere.

DE PESTE SEU PESTIS

Alfred. Cal. 493

ANTIDOTO SPIRITUALI.

Theologis Theologicè de Peste tractandum, docet omnium Ecclesiarum ac concinatorum consensus & praxis, quotiescunque malum hoc alicubi grassari contigerit: insuper tractatus de eâ conscripti à nostris Beza, Lavatero, Thoma Fabritio, Mollero medit. in Psal. 91. Luca Trelcatio Juniore; à Pontificiis Hieron. Pravidello, Francisco Ripa, & nuper Philiberto Marchino in satis magno volumine cui tit. Bellum divinum: ut jam non dicam de epistolis Calvini, & Zanchii commentar. ad Philip. 2. & iis, quæ Casuista ac commentatores in Decalogum, & ad loca scripture Psal. 91. Exod. 9. 2 Samuel 24. 1 Paralip. 21. Ezech. 5. & 14. passim annotant. Quorum vestigiis insistentes, imprimis quia hoc studiosi nonnulli efflagitant, ea quæ in ordinariâ locorum communium explicatione ante hac de Peste commentari sumus, diatribe hæc comprehendimus:

Ubi 1. causas hujus mali. II. Antidota indicabimus. III. Controversiam principalem de fugâ Pestis decidemus. IV. Ad problemata & casus quosdam respondebimus.

CAPUT I.



Ausam efficientem statuimus tum insipientem, tum meritariam. Illa est vel prima vel secunda. Prima, est Deus ut omnium malorum tristitum (Amos 3. 6.) ita & hujus author. Tria epidemica & communia Dei flagella plerumque numerantur; fames, bellum, pestis Levit. 26. Deut. 28. Jerem. 14. & 21. & 24. & 27. & 29. & 32. & 34. & 38. &c. Ezech. 6. Quartum ferarum scil. additur Ezech. 5. & 14. Non malè alioquin cum Cardano de Varietate lib. 8. c. 45. septem calamitatum humanarum genera communia enumeres; terræ motum, inundationem, Ventum, Animalia, Pestem, bellum, famem.

Pestis peculiari quâdam ratione Deo tribuitur, tanquam malum *penale* tum ortu suo, tum eventu & effectu, aliisque in eâ admirandis, de quibus infra.

Ortu quidem, quia magis immediatè est à Deo & minor mediorum in naturâ apparatus, saltem qui à nobis deprehendi possit. Hinc manus Dei vocatur

tur